

*Ego sum vitis vera*,<sup>1</sup> etc.

Iste locus evangelicus, fratres, ubi se dicit Dominus vitem, et discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput Ecclesiae, nosque membra ejus, mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, unius quippe naturae sunt vitis et palmites. Propter quod cum esset Deus, cujus naturae non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natura, cujus et nos homines palmites esse possumus. Quid est ergo, *Ego sum vitis vera*? nunquid ut adderet *vera*, hoc ad eam vitem retulit, unde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem, quemadmodum dicitur ovis, agnus, leo, petra, lapis angularis, et caetera hujusmodi, quae magis ipsa sunt vera, ex quibus dicuntur istae similitudines, non proprietates. Sed cum dicit, *Ego sum vitis vera*; ab illa se utique discernitur, cui dicitur, *Quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena* (Jerem. II; Isa. V)?<sup>2</sup> Nam quo pacto est vitis vera, quae exspectata est ut faceret uvam, fecit autem spinas?

*Ego sum*, inquit, *vitis vera*.

*Et Pater meus agricola est. Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum: et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.*<sup>3</sup> Nunquid unum sunt agricola et vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait: *Pater major me est*<sup>4</sup>. Secundum id autem quod ait: *Ego et Pater unum sumus*,<sup>5</sup> et ipse agricola est. Nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis, ut det etiam intrinsecus incrementum. Nam *neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus* (I Cor. III). Et utique Deus est Christus, quia *Deus erat Verbum* (Joan. I), unde ipse et Pater unum sunt, et si *Verbum caro factum est*, quod non erat, manet quod erat. Denique cum de Patre tanquam de agricola dixisset, quod infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purget, ut plus afferant fructum, continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens:

*Jam vos*, inquit, *mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis*.<sup>6</sup> Ecce et ipse mundator est palmitum, quod est agricolae, non vitis officium: qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam etsi non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adjumentum, sed non de suo, quia *sine me*, inquit, *nihil potestis facere*.<sup>7</sup>

Mundi scilicet atque mundandi. Neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent: et tamen omnem palmitem qui fert fructum, purgat agricola, ut fructum plus afferat. Fert fructum, quia mundus est; atque ut plus afferat, purgatur adhuc. Quis enim in hac vita sic mundus, ut non sit magis magisque mundandus? ubi *si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et justus, qui dimittat nobis*

*Io sono la vite vera*, ecc.

Questo passo del Vangelo, fratelli, in cui il Signore si dice vite e i suoi discepoli tralci, lo dice in quanto egli è capo della Chiesa e noi membra di lui, *il mediatore fra Dio e gli uomini, l'uomo Cristo Gesù*<sup>14</sup>; di una sola natura infatti sono la vite e i tralci. Perciò, essendo Dio, della cui natura non siamo, si è fatto uomo, affinché in lui fosse vite l'umana natura, di cui anche noi uomini potessimo essere tralci. Cosa dunque significa: *Io sono la vite vera*? forse che aggiungendo *vera* riferisce ciò a quella vite da cui è tratta la similitudine? Così infatti si parla di vite: in senso figurato, non in senso proprio, così come si parla di pecora, agnello, leone, roccia, pietra angolare, o altre cose del genere, che sono vere in quanto da loro si traggono queste similitudini, e non già le proprietà. Ma dicendo: *Io sono la vite vera*; evidentemente distingue se stesso da quella vite, alla quale è detto: *Come ti sei mutata in amarezza, vite bastarda* (Ger 2, 21)? Come può infatti esser vera vite, quella che si aspettava facesse uva e invece produsse spine (cfr Is 5, 2)?

*Io sono* - egli dice - *la vite vera*.

*E il Padre mio è l'agricoltore. Ogni tralcio che [...] non porta frutto, lo taglia, e ogni tralcio che porta frutto, lo pota perché porti più frutto.* Forse che l'agricoltore e la vite sono uno solo? Secondo ciò Cristo è dunque la vite, conforme alla sua affermazione: *Il Padre è più grande di me*. Secondo l'altra sua affermazione: *Io e il Padre siamo una cosa sola*, anche lui è agricoltore. E non tale da operare come chi esercita esteriormente una funzione; ma tale da far crescere interiormente. Infatti *né chi pianta né chi irriga vale qualcosa, ma solo chi fa crescere, Dio* (1Cor 3, 7)<sup>15</sup>. E certo Cristo è Dio, perché *il Verbo era Dio* (Gv 1, 1), per cui egli e il Padre sono una cosa sola; e se *il Verbo si fece carne*<sup>16</sup>, il che non era, rimane ciò che era. E così, dopo averci parlato del Padre come agricoltore, che recide i tralci infruttuosi e monda quelli fruttuosi perché producano maggior frutto, prosegue presentando pure se stesso come colui che monda i tralci:

*Voi siete già puri*, dice, *a causa della parola che vi ho annunciato*. Ecco che anch'egli monda i tralci, compito che è dell'agricoltore, non della vite; egli che rese tralci anche i suoi operai. Infatti, benché non facciano crescere, tuttavia apportano qualche aiuto, sebbene non da sè, *perché senza di me*, dice, *non potete far nulla*.

Mondi, certamente, e da mondare. Infatti, se già non fossero mondi, non potrebbero produrre frutti; e tuttavia ogni tralcio che porta frutto, l'agricoltore lo monda, affinché porti più frutto. Porta frutto perché è mondo, e, affinché porti più frutto, viene mondato ancora. Chi infatti in questa vita è così mondo, che non sia da mondare più e più? laddove: *Se diciamo di essere senza peccato, inganniamo noi stessi e la verità non è in noi. Se confessiamo i nostri peccati, egli è fedele e giusto tanto da perdonarci i peccati*

## TRACTATUS LXXX

*Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis* (Io 15, 1-3).

Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerentem, benedicientem, tingentem, etiam tantillum mundet infantem, quamvis nondum valentem corde credere ad iustitiam, et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum quod Dominus locutus est nobis.

1. Iste locus evangelicus, fratres, ubi se dicit Dominus vitem, et discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput Ecclesiae, nosque membra eius, mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. Unius quippe naturae sunt vitis et palmites: propter quod cum esset Deus, cuius naturae non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natura, cuius et nos homines palmites esse possemus. Quid ergo est: *Ego sum vitis vera*? Numquid ut adderet *vera*, hoc ad eam vitem retulit, unde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis, per similitudinem, non per proprietatem; quemadmodum dicitur ovis, agnus, leo, petra, lapis angularis, et caetera huiusmodi, quae magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istae similitudines, non proprietates. Sed cum dicit: *Ego sum vitis vera*, ab illa se utique discernit cui dicitur:

*Quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena*?

Nam quo pacto est vitis vera, quae exspectata est ut faceret uvam,

fecit autem spinas?

2. *Ego sum*, inquit, *vitis vera*,

*et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Numquid unum sunt agricola et vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait:

*Pater maior me est*: secundum autem id quod ait: *Ego et Pater unum sumus*,

et ipse agricola est. Nec talis quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministerium; sed talis ut det etiam intrinsecus incrementum. *Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.*

Sed utique Deus est Christus, quia *Deus erat Verbum*; unde ipse et Pater unum sunt: et si *Verbum caro factum est* quod non erat, manet quod erat. Denique cum de Patre tamquam de agricola dixisset quod infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purget ut plus afferant fructum; continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens:

*Iam vos*, inquit, *mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis*. Ecce et ipse mundator est palmitum, quod est agricolae, non vitis officium: qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam etsi non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentum; sed non de suo: *Quia sine me*, inquit, *nihil potestis facere*.

Audi etiam ipsos confitentes: *Quid autem est Apollo? quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis, et unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit.* Et hoc ergo *sicut unicuique Dominus dedit*: non itaque de suo. Iam vero quod sequitur, *sed Deus incrementum dedit*; non per illos, sed per seipsum facit: excedit hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublimitatem, nec omnino pertinet nisi ad agricolam Trinitatem. *Iam vos mundi estis*,

mundi scilicet atque mundandi. Neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent: et tamen omnem qui fert fructum, purgat agricola, ut fructum plus afferat. Fert fructum, quia mundus est; atque ut plus afferat, purgatur adhuc.

Quis enim est in hac vita sic mundus, ut non sit magis magisque mundandus? Ubi *si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est: si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui dimittat nobis*

<sup>1</sup> Gv 15, 1.

<sup>2</sup> Ger 2, 21 Vulg.: “quomodo ergo conversa es mihi in pravum, vinea aliena?”; VL “Quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena”. La traduzione viene adeguata. Il riferimento a Isaia riguarda, in realtà, il periodo che segue: Is 5, 2 Vulg.: “ ... et exspectavit ut faceret uvas, et fecit labruscas.”; VL: “et sustinui ut faceret uvas, fecit autem spinas.”; oppure Is 5, 4 Vulg.: “ ... an quod exspectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas?”; VL: “ ... quoniam sustinui ut faceret uvas, fecit autem spinas.”; Sabatier in nota: “Rufin. in Symb. p. 182. a. & exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas. Item spinas habet Tertul. 1. adv. Jud. c. 13. p. 147. b. & l. 3. adv. Marc. p. 679. c. Sic etiam LXX.”.

<sup>3</sup> Gv 15, 1-2.

<sup>4</sup> Gv 14, 28.

<sup>5</sup> Gv 10, 30.

<sup>6</sup> Gv 15, 3.

<sup>7</sup> Gv 15, 5.

<sup>14</sup> 1Tm 2, 5.

<sup>15</sup> NCEI traduce: “né chi pianta né chi irriga vale qualcosa, ma solo Dio, che fa crescere.”; ritengo opportuno mantenere come in latino l’ordine del secondo elemento di paragone.

<sup>16</sup> Gv 1, 14.

*peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* (I Joan. I)<sup>8</sup>. Mundet utique mundos, hoc est fructuosos, ut tanto sint fructuosiores, quanto fuerint mundiores.

*Jam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.* Quare non ait, Mundi estis propter baptismum quo abluti estis, sed ait: *Propter verbum quod locutus sum vobis?* nisi quia et in aqua verbum mundat. Detrahe verbum, et quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum etiam ipsum tanquam visibile verbum. Nam de hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lavit, *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.*<sup>9</sup> Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. *Hoc est verbum fidei, quod praedicamus,* ait Apostolus: *quia si confessus fueris in ore tuo quia Dominus est Jesus, et credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (Rom. X)<sup>10</sup>. Unde et in Actibus apostolorum legitur, *Fide mundans corda eorum* (Act. XV)<sup>11</sup>; et in epistola sua beatus Petrus, *Sic et vos,* inquit, *baptisma salvos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Hoc est verbum fidei, quod praedicamus* (I Petr. II)<sup>12</sup>: quo sine dubio, ut mundare possit, consecratur et baptismus. Christus quippe nobiscum vitis, cum Patre agricola, dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, et vide quid adiungat: *Ut eam sanctificaret,* inquit, *mundans eam lavacro aquae in verbo* (Ephes. V)<sup>13</sup>. Mundatio igitur nequaquam fluxu et labili tribueretur elemento, nisi adderetur *in verbo.*

*Manete,* inquit, *in me, et ego in vobis.*<sup>17</sup> Non **quomodo** illi in ipso, **sic** ipse in illis; utrumque enim prodest, non ipsi, sed illis. Ita sunt quippe in vite palmitis, ut viti non conferant, sed inde accipiant unde vivant. Ita vero vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere Christum, et manere in Christo, discipulis prodest utrumque, non Christo: nam praeciso palmite, potest de viva radice alius pullulare; qui autem praecisus est, sine radice non potest vivere.

Denique adiungit et dicit:

*Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.*<sup>18</sup> Magna gratiae commendatio, fratres mei. Corda illustravit humilium, ora obstruit superborum.

*e purificarci da ogni iniquità* (1Gv 1, 8-9). Che [egli] mondi, quindi, i mondi, cioè i fruttuosi, affinché siano tanto più fruttuosi quanto più saranno mondi.

*Voi siete già puri, a causa della parola che vi ho annunciato.* Perché non dice: Siete mondi per il battesimo con cui siete stati lavati, ma dice: *a causa della parola che vi ho annunciato?* se non perché anche nell'acqua è la parola che purifica. Togli la parola, e cos'è l'acqua, se non acqua? La parola si unisce all'elemento, e si forma il sacramento: a sua volta, come parola visibile. Appunto questo aveva detto, quando lavò i piedi ai discepoli: *Chi ha fatto il bagno, non ha bisogno di lavarsi se non i piedi ed è tutto puro.* Donde questa tanto grande virtù dell'acqua, che tocca il corpo e purifica il cuore, se non perché opera la parola? non perché pronunciata, ma perché creduta. Infatti, anche nella parola stessa, altro è il suono che passa, altro la virtù che permane. Questa è la parola della fede che noi predichiamo. – dice l'Apostolo - *Perché se con la tua bocca proclamerai: «Gesù è il Signore!», e con il tuo cuore crederai che Dio lo ha risuscitato dai morti, sarai salvo. Con il cuore infatti si crede per ottenere la giustizia, e con la bocca si fa la professione di fede per avere la salvezza* (Rm 10, 8-10). Per questo anche negli Atti degli Apostoli si legge: *purificando i loro cuori con la fede* (At 15, 9); e san Pietro nella sua lettera: *Il battesimo, dice, [...] salva anche voi; non porta via la sporcizia del corpo, ma è invocazione [...] da parte di una buona coscienza* (1Pt 3, 21). *Cioè la parola della fede che noi predichiamo;* da essa, senza dubbio, viene consacrato il battesimo, perché possa purificare. Sì, *Cristo,* con noi vite, col Padre agricoltore, *ha amato la Chiesa e ha dato se stesso per lei.* Leggi l'Apostolo, e vedi cosa aggiunge: *per renderla santa, dice, purificandola con il lavacro dell'acqua mediante la parola* (Ef 5, 25-26). In nessun modo si attribuirebbe la purificazione ad un elemento fluido e labile, se non si aggiungesse: *mediante la parola.*

*Rimanete,* dice, *in me e io in voi.* Non **come** loro in lui, **così** lui in loro; l'uno e l'altro infatti giova, non a lui, ma a loro. Così infatti i tralci sono nella vite: non conferiscono alla vite, ma ricevono da lì di che vivere. Parimenti invero la vite è nei tralci, per somministrare ad essi l'alimento vitale, non per riceverne da essi. E perciò: avere Cristo che rimane in loro, e rimanere in Cristo, giovano entrambi ai discepoli, non a Cristo; infatti, reciso un tralcio, ne può pullulare un altro dalla viva radice; ma quello che è reciso, senza la radice non può vivere.

In seguito aggiunge e dice:

*Come il tralcio non può portare frutto da se stesso se non resta nella vite, così neanche voi se non rimanete in me.* Grande assicurazione di grazia, miei fratelli. Ha illuminato i cuori degli umili, chiuso la bocca dei superbi.

*peccata, et mundet nos ab omni iniquitate:* mundet utique mundos, hoc est fructuosos, ut tanto sint fructuosiores, quanto fuerint mundiores.

**Sacramentum est tamquam visibile verbum.**

**3.** *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.* Quare non ait, mundi estis propter Baptismum quo loti estis, sed ait, *propter verbum quod locutus sum vobis;* nisi quia et in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit Sacramentum, etiam ipsum tamquam visibile verbum. Nam et hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lavit: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.* Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. *Hoc est verbum fidei quod praedicamus,* ait Apostolus, *quia si confessus fueris in ore tuo quia Dominus est Jesus, et credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Unde in Actibus Apostolorum legitur: *Fide mundans corda eorum:* et in Epistola sua beatus Petrus: *Sic et vos,* inquit: *Baptisma salvos facit; non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Hoc est verbum fidei quod praedicamus:* quo sine dubio ut mundare possit, consecratur et Baptismus. Christus quippe nobiscum vitis, cum Patre agricola, dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, et vide quid adiungat: *Ut eam sanctificaret,* inquit, *mundans eam lavacro aquae in verbo.* Mundatio igitur nequaquam fluxu et labili tribueretur elemento, nisi adderetur, *in verbo.* Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerentem, bene dicentem, tingentem, etiam tantillum mundet infantem; quamvis nondum valentem corde credere ad iustitiam, et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.*

## TRACTATUS LXXXI

*Sine me nihil potestis facere* (Io 15, 4-7).

Non ait: sine me parum potestis facere; sed: *nihil potestis facere.* Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

**1.** Vitem se dixit esse Iesus, et discipulos suos palmitis, et agricolam Patrem: unde iampridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione, cum adhuc de seipso qui est vitis, et de suis palmitibus, hoc est discipulis loqueretur:

*Manete,* inquit, *in me, et ego in vobis.* Non **eo modo** illi in ipso, **sicut** ipse in illis. Utrumque autem prodest non ipsi, sed illis. Ita quippe in vite sunt palmitis, ut viti non conferant, sed inde accipiant unde vivant: ita vero vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere Christum, et manere in Christo, discipulis prodest utrumque, non Christo. Nam praeciso palmite, potest de viva radice alius pullulare; qui autem praecisus est, sine radice non potest vivere.

**Qui in Christo non est, christianus non est.**

**2.** Denique adiungit et dicit:

*Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis.* Magna gratiae commendatio, fratres mei: corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Ecce cui, si audent, respondeant, qui *ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti.* Ecce cui respondeant sibi placentes, et ad bona opera facienda Deum sibi necessarium non putantes. Nonne huic *resistunt*

<sup>8</sup> 1Gv 1, 8-9 Vulg.: “Si confiteamur peccata nostra: fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate.”; VL: “Si confessi fuerimus delicta nostra; fidelis est, et justus, ut dimittat nobis delicta nostra, et purget nos ex omni iniquitate.”

<sup>9</sup> Gv 13, 10.

<sup>10</sup> Rm 10, 8-10 Vulg.: “...Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, ...”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Hilar. l. 10. de Trin. col. 1079. 1080. a. *Quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus Jesus est, ...*”.

<sup>11</sup> At 15, 9 Vulg.: “Fide purificans corda eorum.”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Ambros. l. de Spir. S. col. 655. b. & *nihil discrevit inter nos & illos, mundans per fidem corda eorum.*”

<sup>12</sup> In realtà la citazione di 1Pt 3, 21 riguarda solo la prima frase; Vulg.: “Quod et vos nunc similis formae salvos fecit baptisma.”; Sabatier in nota: “Augustinus ... & l. de fide & op. to. 6. col. 179. b. necnon l. 19. Cont. Faust. tom. 8. col. 319. g. ac l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 19. f. 23. c. *Sic & vos simili forma baptisma salvos facit,* &c. itidem tract. 20. in Joh. 10. 3. p. 2. col. 703. d. omissio *simili forma.*”. La seconda frase è citazione di Rm 10, 8.

<sup>13</sup> In realtà la citazione di Ef 5, 25-26 comincia da prima: “Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae.”.

<sup>17</sup> Gv 15, 4.

<sup>18</sup> Gv 15, 4.

Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest sine quo nihil fieri potest; quia etsi parvum attulerit palmes eum purgat agricola ut plus afferat, tamen nisi in vite manserit, et vixerit de radice quantumlibet fructum a semetipso non potest ferre.

*Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.*<sup>19</sup> Ligna itaque vitis tanto sunt contemptibilia si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint. Denique sicut de his etiam per Ezechielem prophetam Dominus dicit, *praecisa nullis agrorum usibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur* (Ezech. XV). Unum e duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: si in vite non est, in igne erit. Ut ergo in igne non sit, in vite sit.

*Si manseritis in me, inquit, et verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis.*<sup>20</sup> Manendo quippe in Christo, quid velle possunt, nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non alienum est a salute? Aliud quippe volumus, quia sumus in Christo, et aliud volumus quia sumus adhuc in hoc saeculo. De mansionem namque huius saeculi nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus: sed absit ut fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit, quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo, cum verba ejus in nobis manent, quodcumque voluerimus petimus, et fiet nobis; quia si petimus, et non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent verba ejus quae manent in nobis, sed quod habet cupiditas et infirmitas carnis, quae non est in eo, et in qua non manent verba ejus: nam utique ad verba ejus pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus, *Pater noster, qui es in coelis* (Math. VI); ab huius orationis verbis et sensibus non recedamus in petitionibus nostris, et quidquid petimus, fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt verba ejus in nobis manere, quando facimus quae praecepit, et diligimus quae promisit. Quando autem verba ejus manent in memoria, nec inveniuntur in vita, non amputatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice.

In his verba Christi non manent, qui tangunt quodammodo, non cohaerent: et ideo illis non erunt in beneficium, sed in testimonium; et quia sic insunt in eis, ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis ut iudicentur ex eis.

Dunque, sia il poco, sia il molto, non può essere fatto senza colui senza il quale non si può far nulla; perché se pure il tralcio ha prodotto poco, l'agricoltore lo monda affinché produca di più, tuttavia, se non sarà rimasto nella vite, e non avrà vissuto della radice, da se stesso non potrà produrre un qualsiasi frutto.

*Chi non rimane in me, dice, viene gettato via come il tralcio e secca; poi lo raccolgono, lo gettano nel fuoco e lo bruciano.* I rami della vite dunque tanto sono spregevoli se non rimangono nella vite, quanto preziosi se restano. Infine, come di ciò dice il Signore anche per bocca del profeta Ezechiele, recisi all'agricoltore non servono per nessun uso, non sono destinabili ad alcuna opera artigianale (cfr Ez 15, 1-5). L'una cosa o l'altra spetta al tralcio: o con la vite o col fuoco: se non è nella vite, sarà nel fuoco. Quindi, perché non sia nel fuoco, sia nella vite.

*Se rimanete in me e le mie parole rimangono in voi, chiedete quello che volete e vi sarà fatto.* Dal momento che rimangono in Cristo, cosa possono volere se non ciò che è confacente a Cristo? Cosa possono volere, rimanendo nel Salvatore, se non ciò che non è estraneo alla salvezza? Dunque altro vogliamo in quanto siamo in Cristo, e altro vogliamo in quanto siamo ancora in questo evo. Il fatto di dimorare in questo evo, invero, ci induce talvolta a chiedere ciò che non ci rendiamo conto che non ci giova; ma lungi da noi che ci capiti, se rimaniamo in Cristo, il quale, quando chiediamo, non fa se non ciò che ci giova. Rimanendo dunque in lui, dato che le sue parole rimangono in noi, domandiamo quel che vogliamo, e ci verrà fatto; perché, se chiediamo e non succede, non abbiamo chiesto ciò che dimora in lui, né ciò che hanno le sue parole che dimorano in noi, ma ciò che ha la brama e la debolezza della carne, la quale non è in lui, e nella quale non dimorano le sue parole; di sicuro infatti fa parte delle sue parole quell'orazione che ha insegnato, nella quale diciamo: *Padre nostro, che sei nei cieli* (Mt 6, 9); non allontaniamoci, nelle nostre richieste, dalle parole e dai sentimenti di questa orazione, e qualunque cosa chiamo ci verrà fatta. Si deve infatti dire che le sue parole rimangono in noi, allorquando facciamo ciò che ci ha ordinato, e amiamo cioè ci ha promesso. Quando invece le sue parole rimangono nella memoria, ma non si trovano nella vita, non è che il tralcio sia potato<sup>21</sup> dalla vite, ma è che non attinge dalla radice.

Le parole di Cristo non dimorano in costoro, che in qualche modo le sfiorano, ma senza aderirvi; e pertanto, per loro non saranno di beneficio, ma di testimonianza; e poiché sono in loro in modo tale da non dimorare in loro, sono da loro ritenute per questo: per esserne giudicati.

*veritati, homines mente corrupti, reprobis circa fidem,* qui respondent et loquuntur iniquitatem, dicentes: A Deo habemus quod homines sumus, a nobis ipsis autem quod iusti sumus? Quid dicitis, qui vos ipsos decipitis, non assertores, sed praecipitatores liberi arbitrii, ex alto elationis per inania praesumptionis, in profunda submersionis? Nempe vox vestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam: hoc est altum elationis vestrae. Sed veritas contradicit, et dicit: *Palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite.* Ite nunc per abrupta, et non habentes ubi figamini, ventosa loquacitate iactamini. Haec sunt inania praesumptionis vestrae. Sed quid vos sequatur videte, et si est in vobis ullus sensus, horrete. Qui enim a semetipso se fructum existimat ferre, in vite non est; qui in vite non est, in Christo non est; qui in Christo non est, christianus non est. Haec sunt profunda submersionis vestrae.

**3.** Etiam atque etiam considerate quid adhuc veritas adiungat et dicat: *Ego sum, inquit, vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.* Ne quisquam putaret saltem parvum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset, *hic fert fructum multum,* non ait, quia sine me parum potestis facere; sed, *nihil potestis facere.*

Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

Quia etsi parum attulerit palmes, eum purgat agricola ut plus afferat:

tamen nisi in vite manserit et vixerit de radice, quantumlibet fructum a semetipso non potest ferre.

Quamvis autem Christus vitis non esset, nisi homo esset; tamen istam gratiam palmitibus non praeberet, nisi etiam Deus esset. Verum quia ita sine ista gratia non potest vivi, ut et mors in potestate sit liberi arbitrii:

*Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes; et arescet; et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Ligna itaque vitis tanto sunt contemptibilia si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint: denique, sicut de his etiam per Ezechielem prophetam Dominus dicit, *praecisa nullis agrorum usibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur.* Unum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis; si in vite non est, in igne erit: ut ergo in igne non sit, in vite sit.

**4.** *Si manseritis in me, inquit, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis.* Manendo quippe in Christo, quid velle possunt nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non est alienum a salute? Aliud quippe volumus quia sumus in Christo, et aliud volumus quia sumus adhuc in hoc saeculo. De mansionem namque huius saeculi nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus.

Sed absit ut fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo, cum verba eius in nobis manent, quodcumque voluerimus petemus, et fiet nobis. Quia si petimus et non fiet,

non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent verba eius quae manent in nobis; sed quod habet cupiditas et infirmitas carnis, quae non est in eo,

et in qua non manent verba eius. Nam utique ad verba eius pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus: *Pater noster, qui es in coelis.*

Ab huius orationis verbis et sensibus non recedamus petitionibus nostris, et quidquid petierimus, fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt verba eius in nobis manere, quando facimus quae praecepit, et diligimus quae promisit:

quando autem verba eius manent in memoria, nec inveniuntur in vita,

non computatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice.

Ad hanc differentiam valet quod scriptum est: *Et memoria retinentibus mandata eius, ut faciant ea.* Multi enim memoria retinent, ut contemnunt, vel etiam derideant et oppugnent ea.

In his verba Christi non manent, qui attingunt quodammodo, non cohaerent:

et ideo illis non erunt in beneficium, sed in testimonium. Et quia sic insunt eis ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis, ut iudicentur ex eis.

## TRACTATUS LXXXII

*Manete in dilectione mea* (Io 15, 8-10).

<sup>19</sup> Gv 15, 6.

<sup>20</sup> Gv 15, 7.

<sup>21</sup> La redazione del testo agostiniano propone “computatur” invece di “amputatur”; in questo caso va inteso: “il tralcio non viene computato nella vite / non fa parte della vite”. Siccome l’edizione Migne non rileva il possibile errore, ho ritento di rendere così il pensiero di Beda.

*In hoc, inquit, glorificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli.*<sup>22</sup>

Δόξα enim quae Graece dicitur, Latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimavi, quia dicit Apostolus, *Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum* (Rom. IV). Haec est ad Deum gloria (qua glorificatur non homo, sed Deus) si non ex operibus, sed ex fide justificatur, ut ex Deo illi sit etiam quod bene operatur, quoniam palmes

non posset ferre fructum a semetipso. Si ergo in hoc glorificatus est Deus Pater, ut fructum plurimum afferamus, et efficiamur Christi discipuli, non hoc nostrae gloriae tribuamus, tanquam hoc ex nobis ipsis habeamus. Ejus est enim haec gratia: et ideo in hoc non nostra, sed ejus est gloria. Unde et alibi cum dixisset, *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (Matth. V): ne a semetipsis putarent esse bona opera sua, mox addidit, *Et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est* (Psal. LXXXIII)<sup>23</sup>. In hoc enim glorificatur Pater, ut fructum plurimum afferamus, et efficiamur Christi discipuli. A quo efficiamur, nisi ab illo *cujus misericordia praevenit nos*<sup>24</sup>? *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis* (Ephes. II)<sup>25</sup>.

Quod autem ait, *Sicut dilexit Pater, et ego dilexi vos*,<sup>26</sup> non aequalitatem naturae ostendit nostrae et suae, sicut est Patris et ipsius, sed gratiam qua mediator est Dei et hominum homo Christus Jesus. Mediator quippe monstratur, cum dicit, *Diligite me Pater, et ego vos*.<sup>27</sup> Nam Pater utique diligit et nos, sed in ipso; quia in hoc glorificatur Pater, ut fructum afferamus in vite, hoc est in Filio, et efficiamur ejus discipuli.

*Manete, inquit, in dilectione mea. Quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea.*<sup>28</sup>

Ostendit non unde dilectio generetur, sed unde monstretur, tanquam diceret: Nolite vos putare manere in dilectione mea, si non servatis praecepta mea. Si enim servaveritis, manebitis; hoc est, hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis, si mea praecepta servaveritis, ut nemo se fallat dicendo quod eum diligit, si ejus praecepta non servat. Nam in tantum eum diligimus, in quantum ejus praecepta servamus. In quantum autem minus servamus, minus diligimus. Quamvis quod ait, *Manete in dilectione mea*, non apparet quam dixerit dilectionem, utrum qua eum diligimus, an qua ipse nos diligit; sed ex verbo superiore dignoscitur. Dixerat quippe, *Et ego dilexi vos*, cui verbo continuo subjunxit, *Manete in dilectione mea*. Illa ergo, qua dilexit eos. Quid est ergo, *Manete in dilectione mea*, nisi, manete in gratia mea? Et quid est, *si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*, nisi, hoc scietis quod in dilectione mea qua vos diligo manebitis, si mea praecepta servaveritis? Non ergo ut nos diligit, prius ejus praecepta servamus, sed nisi nos diligit, praecepta ejus servare non possumus. Haec est gratia quae humilibus patet, superbos latet.

*In questo è glorificato il Padre mio: che portiate molto frutto e diventiate miei discepoli.*

Ciò che in greco si dice δόξα, in latino è "gloria". Ho riteuto opportuno richiamare ciò, perché l'Apostolo dice: *Se Abramo è stato giustificato per le opere, ha di che gloriarsi, ma non davanti a Dio* (Rm, 4, 2). Questo è [rendere] gloria a Dio (quella per cui viene glorificato non l'uomo, ma Dio): se si è giustificati non per le opere ma per la fede, così che sia da Dio ciò che si opera di bene; perché il tralcio,

non potrebbe portar frutto da se stesso. Se dunque in ciò è glorificato Dio Padre: che portiamo molto frutto, e diventiamo discepoli di Cristo, non attribuiamo ciò a nostra gloria, come se l'avessimo ottenuto da noi stessi. È sua infatti questa grazia: e, dunque, perciò non nostra, ma sua è la gloria. Ecco perché, anche altrove, dopo aver detto: *Così risplenda la vostra luce davanti agli uomini, perché vedano le vostre opere buone* (Mt 5, 16), affinché non ritenessero che fossero buone opere dovute a se stessi, subito aggiunse: *e rendano gloria al Padre vostro che è nei cieli* (Mt 5, 16). In questo, infatti, è glorificato il Padre: che produciamo molto frutto, e diventiamo discepoli di Cristo. E in grazia di chi lo diventiamo, se non di colui *la cui misericordia ci ha prevenuti? Siamo infatti immagine sua, creati in Cristo Gesù per le opere buone* (cf. Ef 2, 10).

Ciò che poi dice: *Come il Padre ha amato [...], anche io ho amato voi*, non mostra l'uguaglianza della natura, nostra e sua, così come è del Padre e di lui stesso, ma la grazia per la quale è mediatore di Dio e degli uomini l'uomo Cristo Gesù<sup>33</sup>. Infatti si mostra mediatore, quando dice: *il Padre ama me, e anch'io voi*. Infatti il Padre certamente ama anche noi, ma in lui; perché in ciò è glorificato il Padre: che noi portiamo frutto nella vite, cioè nel Figlio, e diventiamo suoi discepoli.

*Rimanete, dice, nel mio amore. In che modo rimarremo? Ascolta ciò che segue: Se osserverete i miei comandamenti, rimarrete nel mio amore.*

Indica non dove sia generato l'amore, ma dove venga mostrato; come a dire: Non vogliate credere di rimanere nel mio amore se non osservate i miei precetti. Se infatti li osserverete, rimarrete; cioè: da ciò apparirà che rimarrete nel mio amore, se osserverete i miei precetti; così che nessuno si illuda di amarlo, se non osserva i suoi comandamenti. Infatti, in tanto lo amiamo in quanto osserviamo i suoi precetti. In quanto invece li osserviamo meno, meno lo amiamo. Anche se ciò che dice: *Rimanete nel mio amore*, non spiega di quale amore parli, se di quello con cui amiamo lui, o di quello con cui egli ama noi; ma lo si capisce dalla frase precedente. Aveva detto infatti, *anche io ho amato voi*, parole cui senza interruzione soggiunse, *Rimanete nel mio amore*. Quello dunque con cui ha amato loro. Cosa significa dunque, *Rimanete nel mio amore*, se non: rimanete nella mia grazia? E che significa, *Se osserverete i miei comandamenti, rimarrete nel mio amore*, se non: questo sappiate: che rimarrete nel mio amore, con cui vi amo, se osserverete i miei precetti? Non dunque: affinché ci ami, prima osserviamo i suoi precetti, ma: se egli non ci ama, non possiamo osservare i suoi precetti. Questa è la grazia che si rivela agli umili, si nasconde ai superbi.

Ecce unde sunt nobis opera bona. Nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus, nisi prius diligeremur?

**Dei figmentum sumus, creati in Christo Iesu.**

**1. Magis magisque Salvator gratiam qua salvamur discipulis loquendo commendans: In hoc, inquit, clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli.**

Sive *glorificatus* sive *clarificatus* dicatur, ex uno graeco verbo utrumque translatum est, quod est *δοξάζειν*.

*δόξα* enim quae graece dicitur, latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimavi, quia dicit Apostolus: *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad Deum*. Haec est ad Deum gloria qua glorificatur non homo, sed Deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex Deo illi sit quod etiam bene operatur: quoniam palmes,

sicut iam superius dixi,

non potest ferre fructum a semetipso. Si enim in hoc clarificatus est Deus Pater ut fructum plurimum afferamus, et efficiamur Christi discipuli; non hoc gloriae nostrae tribuamus, tamquam hoc ex nobis ipsis habeamus. Eius est enim haec gratia, et ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria. Unde et alibi cum dixisset: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona*;

ne a semetipsis putarent esse bona opera sua,

mox addidit: *Et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est*. In hoc enim glorificatur Pater ut fructum plurimum afferamus, et efficiamur Christi discipuli.

A quo efficiamur, nisi ab illo cuius misericordia praevenit nos?

*Ipsius enim figmentum sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis.*

**2. Sicut dilexit me Pater, inquit, et ego dilexi vos: manete in dilectione mea.** Ecce unde sunt nobis opera bona. Nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Apertissime hoc in Epistola sua idem iste evangelista dixit: *Nos diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.*

Quod autem ait: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos*; non aequalitatem naturae ostendit nostrae et suae, sicut est Patris et ipsius,

sed gratiam qua mediator Dei et hominum est homo Christus Jesus. Mediator quippe monstratur, cum dicit, *me Pater, et ego vos*. Nam Pater utique diligit et nos, sed in ipso; quia in hoc glorificatur Pater, ut fructum afferamus in vite, hoc est in Filio, et efficiamur ejus discipuli.

**3. Manete, inquit, in dilectione mea. Quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si praecepta mea, inquit, servaveritis, manebitis in dilectione mea.**

Dilectio facit praecepta servari, an praecepta servata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat quod dilectio praecedit? Unde enim praecepta servet non habet, qui non diligit.

Quod ergo ait: *Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*,

ostendit non unde dilectio generetur, sed unde monstretur. Tamquam diceret: Nolite vos putare manere in dilectione mea, si non servatis praecepta mea: si enim servaveritis, manebitis. Hoc est, hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis,

si praecepta mea servaveritis. Ut nemo se fallat, dicendo quod eum diligit, si ejus praecepta non servat. Nam in tantum eum diligimus, in quantum ejus praecepta servamus: in quantum autem minus servamus, minus diligimus. Quamvis quod ait: *Manete in dilectione mea*, non apparet quam dixerit dilectionem, utrum qua eum diligimus, an qua ipse diligit nos: sed ex verbo superiore dignoscitur. Dixerat quippe: *Et ego dilexi vos*; cui verbo continuo subiunxit: *Manete in dilectione mea*:

illa ergo qua dilexit nos. Quid est ergo: *Manete in dilectione mea*,

nisi, manete in gratia mea? Et quid est: *Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*, nisi, ex hoc scietis quod in dilectione mea qua vos diligo, manebitis, si praecepta mea servaveritis? Non ergo ut nos diligit, prius ejus praecepta servamus; sed nisi nos diligit, praecepta ejus servare non possumus. Haec est gratia quae humilibus patet, superbos latet.

<sup>22</sup> Gv 15, 8.

<sup>23</sup> Non non riuscito a reperire possibili riferimenti al Sal 83; di certo è prosecuzione di Mt 5, 16.

<sup>24</sup> Non ho trovato un riferimento testuale esatto per questo corsivo. Propongo il Sal 58, 11 Vulg.: “Deus meus misericordia ejus praeveniet me.”

<sup>25</sup> Ef 2, 10 Vulg.: “Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis,”; VL: “Ipsius enim sumus figmentum, creati in Domino Jesu in operibus bonis,”; nel testo adeguo la traduzione di “figmentum”.

<sup>26</sup> Gv 15, 9. Temo che l'assenza di “me” possa essere dovuta a dimenticanza.

<sup>27</sup> È ripresa a senso di Gv 15, 9.

<sup>28</sup> Gv 15, 9 e 10.

<sup>33</sup> cf. 1Tm 2, 5.

Sed quid illud est quod **adjungitur**

*Sicut et ego praecepta Patris mei servavi, et maneo in ejus dilectione.*<sup>29</sup> Utique etiam hic hanc dilectionem Patris intelligi voluit qua eum diligit Pater.

Ita quippe dixerat, *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos;*

atque his verbis illa subjunxit, *Manete in dilectione mea:* illa procul dubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de Patre, *maneo in ejus dilectione,*

illa scilicet accipienda est, qua dilexit eum Pater. Sed nunquid et hic gratia intelligenda est qua Pater diligit Filium, sicut gratia est qua nos diligit Filius,

cum simus nos filii gratia, non natura: Unigenitus autem, natura,

non gratia? An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita sane:

nam dicendo, *sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos:* gratiam Mediatoris ostendit.

Mediator autem Dei et hominum, non in quantum Deus,

sed in quantum homo est Christus Jesus. Et profecto secundum id quod homo est, de illo legitur: *Et Jesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines*

(*Luc.* II). Secundum hoc igitur recte possumus dicere quod cum ad naturam Dei non pertineat humana natura, ad personam tamen unigeniti Filii Dei per gratiam pertinet humana natura, et tantam gratiam, ut nulla sit major, nulla prorsus aequalis.

Neque enim illam susceptionem hominis ulla merita praecesserunt, sed ab illa susceptione merita ejus cuncta coeperunt. Manet ergo Filius in dilectione qua eum dilexit Pater, et ideo servavit praecepta ejus. Quid est enim et ille homo, nisi quod Deus susceptor est ejus<sup>30</sup>? *Deus enim erat Verbum,*<sup>31</sup> unigenitus gignenti coaeternus.

Sed ut mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*<sup>32</sup>.

Ma cosa è ciò che **viene aggiunto:**

*Come io ho osservato i comandamenti del Padre mio e rimango nel suo amore?* Certamente anche qui volle che si comprendesse quell’amore del Padre col quale il Padre lo ama. Così, infatti, aveva detto, *Come il Padre ha amato me, anche io ho amato voi;* e a queste parole aveva soggiunto quelle: *Rimanete nel mio amore:* quello, senza dubbio, con cui vi ho amato. Per cui, ciò che dice anche del Padre, *rimango nel suo amore,* va certo recepito: quello con cui il Padre lo ha amato. Ma forse anche qui va inteso<sup>34</sup>: la grazia con cui il Padre ama il Figlio, come è grazia quello con cui il Figlio ama noi, dato che noi siamo figli per grazia, non per natura; mentre l'Unigenito per natura, non per grazia? Oppure ciò, anche nel Figlio va riferito all’uomo? Così di certo; infatti, dicendo: *Come il Padre ha amato me così anch'io ho amato voi,* mette in risalto la sua grazia di Mediatore. Ma mediatore di Dio e degli uomini, non in quanto Dio, ma in quanto uomo è Gesù Cristo. E certamente in quanto è uomo, di lui si legge: *E Gesù cresceva in sapienza, età e grazia davanti a Dio e agli uomini* (Lc 2, 52). Secondo ciò, dunque, possiamo correttamente dire che, mentre la natura umana non appartiene alla natura di Dio, la natura umana appartiene tuttavia alla persona dell'unigenito Figlio di Dio per grazia, e tanta grazia, che non ce n’è una maggiore e nessuna davvero uguale. Nessun merito infatti ha preceduto l’assunzione dell’uomo, ma da quella assunzione haano preso [origine] tutti i meriti. Il Figlio rimane dunque nell'amore con cui il Padre lo ha amato, e perciò osserva i suoi precetti. Cos’è infatti pure lui [come] uomo, se non che Dio l’ha assunto? *Il Verbo infatti era Dio,* unigenito coeterno a colui che [lo] genera. Ma affinché ci fosse dato un mediatore, per grazia ineffabile *il Verbo si fece carne e venne ad abitare in mezzo a noi.*

**4.** Sed quid illud est quod **adiungit:**

*Sicut et ego Patris mei praecepta servavi, et maneo in eius dilectione?*

Utique etiam hic hanc dilectionem Patris intellegi voluit, qua eum diligit Pater.

Ita quippe dixerat: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos;*

atque his verbis illa subiunxit: *Manete in dilectione mea,* illa procul dubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de Patre: *Maneo in eius dilectione,*

illa scilicet accipienda est qua dilexit eum Pater. Sed numquid et hic gratia intellegenda est, qua Pater diligit Filium, sicut gratia est qua nos diligit Filius:

cum simus nos filii gratia, non natura; Unigenitus autem natura,

non gratia? An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita sane.

Nam dicendo: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos,* gratiam mediatoris ostendit.

Mediator autem Dei et hominum, non in quantum Deus,

sed in quantum homo est Christus Iesus. Et profecto secundum id quod homo est, de illo legitur: *Et Iesus proficiebat sapientia et aetate, et gratia apud Deum et homines.*

Secundum hoc igitur recte possumus dicere, quod cum ad naturam Dei non pertineat humana natura, ad personam tamen unigeniti Filii Dei per gratiam pertinet humana natura; et tantam gratiam, ut nulla sit maior, nulla prorsus aequalis.

Neque enim illam susceptionem hominis ulla merita praecesserunt, sed ab illa susceptione merita ejus cuncta coeperunt. Manet ergo Filius in dilectione qua eum dilexit Pater, et ideo servavit praecepta ejus. Quid est enim et ille homo, nisi quod Deus susceptor est ejus? *Deus enim erat Verbum,* Unigenitus gignenti coaeternus:

Sed ut mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*

<sup>29</sup> Gv 15, 10.

<sup>30</sup> Cfr Sal 3, 4 Vulg.: “Tu autem Domine, susceptor meus es,”. Di norma questo versetto viene tradotto in un modo simile: “Ma tu sei mia difesa, Signore,;” tuttavia il significato primario di “suscipere” è “prendere su di sé”, ed è evidente che in questo caso è stato letto da Beda, e da Agostino, come “Dio hapreso su di sé l’uomo”, cioè si è incarnato.

<sup>31</sup> Gv 1, 1.

<sup>32</sup> Gv 1, 14.

<sup>34</sup> Essendo femminili sia “dilectio” che “gratia”, ritengo si possa interpretare sia: “[l’amore] va inteso come grazia con cui il Padre …”, sia: “va intesa la grazia con cui il Padre …”.

<sup>35</sup> Gv 15, 11.

<sup>36</sup> Gv 13, 8.

erat meum plenum, et antequam vocaremini, cum vocandi a me praesciremini. Sed sit et in vobis, cum hoc **efficiemini** quod praescivi de vobis. Impleatur autem vestrum, quia beati eritis, quod nondum estis, sicut creati estis qui non fuistis.

*Hoc est, inquit, praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.*<sup>37</sup> Sive dicatur praeceptum, sive mandatum, ex uno verbo Graeco utrumque interpretatur, quod est *ἐντολή*. Jam vero istam sententiam et ante dixerat:

*Mandatum novum do nobis*<sup>38</sup>, *ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos invicem diligatis* (Joan. XIII). Hujus itaque mandati repetitio, commendatio est, nisi quod ibi *mandatum novum*, inquit, *do vobis*; hic autem, *hoc est*, inquit, *mandatum meum*. Ibi tanquam non fuerit antea tale mandatum, hic tanquam non sit aliud ejus mandatum. Sed ibi dictum est *novum*, ne in vetustate nostra perseveremus; hic dictum est *meum*, ne contemnendum putemus.

Quod autem hic ita dixit, *hoc est mandatum meum*, velut non sit aliud, quid putamus, fratres mei? **Nunquid non** solum ejus de ista

Hic certe vacat vana illorum ratiocinatio, qui praescientiam Dei defendunt contra gratiam Dei, et ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia praescivit nos Deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos. Non hoc dicit, qui dicit: *Non vos me elegistis.* Quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos praesciverat; simul etiam praescisset quod eum nos fuisset prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni: nisi forte dicendus est bonus qui non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt, qui boni non essent nisi electi essent. Alioquin gratia iam non est gratia, si praecessisse contendimus merita. Haec quippe electio gratiae est, de qua dicit Apostolus: *Sic ergo et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt.* Unde subiungit: *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.* Audi, ingrante, audi: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Non est ut dicas: Ideo electus sum, quia iam credebam. Si enim credebam in eum, iam elegeras eum. Sed audi: *Non vos me elegistis.*

Non est ut dicas: Antequam crederem, iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat Apostolus: *Omne quod non est ex fide, peccatum est?* Quid ergo dicturi sumus audiendo: *Non vos me elegistis;*

nisi quia mali eramus et electi sumus, ut boni per gratiam nos eligentis essemus?

Non est enim gratia, si praecesserant merita:

est autem gratia; haec igitur non invenit, sed effecit merita.

**3.** Et videte, carissimi, quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos.

*Ego, inquit, elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.* Nonne iste est fructus de quo iam dixerat: *Sine me nihil potestis facere?*

Elegit ergo, et posuit ut eamus, et fructum afferamus:

nullum itaque fructum unde nos eligeret habebamus. *Ut eatis, inquit,*

*et fructum afferatis.* Imus ut afferamus, et ipse est via qua imus,

in qua nos posuit ut eamus. Proinde in omnibus misericordia eius praevenit nos. *Et fructus, inquit, vester maneat:*

*ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Maneat ergo dilectio; ipse est enim fructus noster. Quae dilectio nunc est in desiderio, nondum in saturitate:

et ipso desiderio quodcumque petierimus in nomine unigeniti Filii,

dat nobis Pater. Quod autem accipere salvandis non expedit nobis, non existimemus

<sup>56</sup> 1Pt 1, 8-9 Vulg.: "in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exsultabitis laetitia inenarrabili, et glorificata: reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum."; VL: "In quem modo non videntes creditis: quem cum videritis, exsultabitis gaudio inenarrabili, et honorato gaudio: percipientes testamentum fidei, salutem animarum vestrarum.".

<sup>57</sup> Gv 15, 16.

<sup>58</sup> Sal 58, 11 Vulg.: "Deus meus misericordia ejus praevieniet me."; NCEI traduce: "Il mio Dio mi preceda con il suo amore;".

<sup>59</sup> Rm 14, 23; NCEI traduce: "tutto ciò, infatti, che non viene dalla coscienza è peccato". Adotto una traduzione più vicina a Vulg.

<sup>60</sup> Gv 15, 16.

<sup>61</sup> Gv 15, 5.

<sup>62</sup> Gv 15, 16.

<sup>63</sup> Forse si riferisce a Ef 1, 13-14.

nos petere in nomine Salvatoris; sed hoc petimus in nomine Salvatoris, quando pertinet ad orationem salutis.

Salvatore ciò che non ci è utile ricevere per essere salvati; ma quando attiene alla preghiera di salvezza, lo chiediamo nel nome del Salvatore.

nos petere in nomine Salvatoris: sed hoc petimus in nomine Salvatoris, quod pertinet ad rationem salutis.

*Haec mando vobis, ut diligatis invicem.*<sup>64</sup>

Ac per hoc intelligere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait: *Ego vos elegi ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.*<sup>65</sup> Et quod adiunxit: *Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis;*<sup>66</sup> tunc utique dabit nobis, si diligamus invicem, cum et hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus.

De fructu itaque nobis mandans: *Haec mando*, inquit, *vobis, ut diligatis invicem.* Unde et apostolus Paulus cum contra opera carnis commendare fructum Spiritus vellet, a capite hoc posuit: *Fructus*, inquit, *Spiritus est charitas (Galat. V).* Ac deinde caetera tanquam ex isto capite exorta et religata contextuit.

Merito itaque Magister bonus dilectionem sic saepe commendat, tanquam sola praecipienda sit, sine qua non possunt prodesse caetera bona, et quae non potest haberi sine caeteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam odia mundi sustinere. Necessae enim ut nos oderit, quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimum nos de seipso Dominus consolatur, qui cum dixisset: *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*, adjecit atque ait:

*Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.*<sup>67</sup> Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite.

*Si de mundo*, inquit, *essetis, mundus quod suum erat diligeret.*<sup>68</sup> Universae itaque hoc dicit Ecclesiae, quam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat, sicut illud est: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi (II Cor. V).* Itemque illud: *Non venit Filius hominis ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum (Joan.*

*Questo vi comando: che vi amiate gli uni gli altri.*

E da ciò dobbiamo comprendere che questo è il nostro frutto di cui dice: *io ho scelto voi [...] perché andiate e portiate frutto e il vostro frutto rimanga.* E quanto ha aggiunto: *perché tutto quello che chiederete al Padre nel mio nome, ve lo conceda;* allora di sicuro ce lo darà, se ci amiamo a vicenda, poiché egli stesso ci ha dato questo [amore], lui che ci ha scelti quando non avevamo frutto, poiché non avevamo ancora scelto lui.

Pertanto, comandandoci del frutto: *Questo vi comando*, dice: *che vi amiate gli uni gli altri.* Per cui anche l'apostolo Paolo, volendo raccomandare il frutto dello Spirito contro le opere della carne, pose ciò a capo: *Il frutto dello Spirito*, dice, *è amore (Gal 5, 22).* E poi contestualizzò tutti gli altri come derivanti da questo capo e da esso tenuti insieme.

A ragione, dunque, il Maestro buono raccomanda così spesso l'amore, come fosse l'unica cosa da prescrivere; senza la quale gli altri beni non giovano, e che non si può avere senza gli altri beni, grazie ai quali l'uomo diventa buono.

In nome di questo amore, però, dobbiamo sopportare pazientemente anche l'odio del mondo. È inevitabile infatti che il mondo odi noi, che vede non volere ciò che esso ama. Ma il in più modi il Signore ci consola, nella sua stessa persona, lui che dopo aver detto: *Questo vi comando, che vi amiate gli uni gli altri*, aggiunge e dice:

*Se il mondo vi odia, sappiate che prima di voi ha odiato me.* Perché dunque un membro si erge al di sopra della sommità? Rinunci a far parte del corpo, se non vuoi sopportare insieme al capo l'odio del mondo.

*Se foste del mondo*, dice, *il mondo amerebbe ciò che è suo.* Dunque dice ciò della Chiesa universale, che chiama anch'essa non poche volte "mondo", come in quel passo: *Era Dio infatti che riconciliava a sé il mondo in Cristo (2Cor 5, 19).* E parimenti in quello: *non è venuto il Figlio dell'uomo nel mondo per condannare il mondo, ma*

## TRACTATUS LXXXVII

*Haec mando vobis, ut diligatis invicem (Io 15, 16-19).*

Diligit unusquisque proximum tamquam seipsum, si diligit Deum; nam si non diligit Deum, non diligit seipsum.

### Quis bonus, nisi diligendo efficiatur?

**1.** In lectione evangelica quae hanc antecedit, dixerat Dominus: *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* De quibus verbis iam nos quod Dominus dedit, disseruisse meministis. Hic autem dicit, sequenti scilicet lectione, quam modo cum recitaretur, audistis:

*Haec mando vobis, ut diligatis invicem.*

Ac per hoc intellegere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait: *Ego vos elegi ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.* Et quod adiunxit:

*Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis:*

tunc utique dabit nobis, si diligamus invicem;

cum et hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus;

et posuit nos ut fructum afferamus, hoc est, invicem diligamus: quem fructum sine illo habere non possumus, sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Caritas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus, *de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta.* Hac diligimus invicem, hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectionem diligeremus invicem, nisi diligentes Deum Diligit enim unusquisque proximum tamquam seipsum, si diligit Deum: nam si non diligit Deum, non diligit seipsum. *In his enim duobus praeceptis caritatis tota Lex pendet et Prophetarum:* hic est fructus noster.

De fructu itaque nobis mandans: *Haec mando*, inquit, *vobis, ut diligatis invicem.*

Unde et apostolus Paulus, cum contra opera carnis commendare fructum spiritus vellet, a capite hoc posuit: *Fructus*, inquit, *spiritus caritas est:*

ac deinde caetera tanquam ex isto capite exorta et religata contextuit,

quae sunt, *gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.* Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem veram, nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono perseveranter manendo, nisi ferveat diligendo? Quis est benignus, nisi diligit cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quae per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpatur, nisi diligit unde honestatur?

Merito itaque magister bonus dilectionem sic saepe commendat, tanquam sola praecipienda sit, sine qua non possunt prodesse caetera bona, et quae non potest haberi sine caeteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

### Totus mundus Ecclesia est.

**2.** Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere.

Necessae enim ut nos oderit, quos cernit nolle quod diligit.

Sed plurimum nos de seipso Dominus consolatur, qui cum dixisset:

*Haec mando vobis, ut diligatis invicem*; adiecit, atque ait:

*Si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit.* Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite.

*Si de mundo*, inquit, *essetis, mundus quod suum erat diligeret.* Universae utique hoc dicit Ecclesiae, quam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat: sicut est illud: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Itemque illud.

*Non venit Filius hominis ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*

<sup>64</sup> Gv 15, 17.

<sup>65</sup> Gv 15, 16.

<sup>66</sup> Gv 15, 16.

<sup>67</sup> Gv 15, 18.

<sup>68</sup> Gv 15, 19.

III)<sup>69</sup>. Et Epistola sua Joannes ait:

*Advocatum habemus ad Patrem, Jesum Christum justum; et ipse est propitiatio peccatorum nostrorum; non tantum nostrorum, sed et totius mundi (I Joan. II)*<sup>70</sup>.

Totus ergo mundus Ecclesia est, et totus mundus odit Ecclesiam.

Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus salvatum, inquinatus mundatum.

Sed iste mundus quem Deus in Christo reconciliat sibi, et qui per Christum salvatur, et cui per Christum peccatum omne donatur, de mundo electus est inimico, damnato, contaminato. Ex eadem quippe massa quae tota in Adam periit, fiunt vasa misericordiae, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem, quem mundus odit ex eadem massa pertinens ad vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem (Rom. IX). Denique cum dixisset: *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret*, continuo subiecit:

*Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*<sup>71</sup> Ergo et ipsi inde erant, unde ut non essent electi sunt, non meritis suis, quorum nulla bona praecesserant opera, non natura, quae tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice vitiata, sed gratuita, hoc est vera gratia.

Qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret,

non invenit, quia reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt. *Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia (Rom. XI)*<sup>72</sup>.

Si autem quaeratur quomodo se diligit mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis, diligit se utique falsa dilectione, non vera;

proinde falso se diligit, et vere odit. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam (Psal. X)*<sup>73</sup>. Sed diligere se dicitur, quoniam iniquitatem qua iniquus est diligit.

Et rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturam, diligit vitium. Odit quod factus est per Dei bonitatem, diligit quod in eo factum est per liberam voluntatem. Unde nos quoque illum diligere et prohibemur, si recte **intelligamus**, et iubemur. Prohibemur scilicet ubi nobis dicitur:

*Nolite diligere mundum (II Joan. II)*<sup>74</sup>. Iubemur autem ubi nobis dicitur:

*Diligite inimicos vestros (Matth. V)*. Ipsi sunt enim mundus, qui nos odit.

Ergo prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso, et iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso.

Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurque diligere naturam, cum ipse in se diligit vitium, oderitque naturam, ut nos eum et diligamus, et oderimus recte, cum se ipse diligit oderitque perverse.

*Mementote, inquit, sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequuntur. Si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.*<sup>75</sup>

*perché il mondo sia salvato per mezzo di lui (Gv 3, 17)*. E nella sua Lettera Giovanni dice: *abbiamo un Paraclito presso il Padre: Gesù Cristo, il giusto. È lui la vittima di espiazione per i nostri peccati; non soltanto per i nostri, ma anche per quelli di tutto il mondo.* (1Gv 2, 1-2). La Chiesa è, dunque, tutto il mondo, e tutto il mondo odia la Chiesa. Il mondo dunque odia il mondo, il nemico [odia] il riconciliato, il condannato il salvato, il contaminato il purificato.

Ma questo mondo che Dio riconcilia a sé in Cristo, che per mezzo di Cristo viene salvato, e al quale per mezzo di Cristo viene rimesso ogni peccato, è stato scelto dal mondo ostile, condannato, contaminato. Certo dalla medesima massa che tutta si è perduta in Adamo, vengono formati i vasi di misericordia, in cui è il mondo pertinente alla riconciliazione, che il mondo, dalla medesima massa pertinente ai vasi dell'ira destinati alla perdizione (cf. Rm 9, 21-23), odia. Infine, dopo aver detto: *Se foste del mondo, il mondo amerebbe ciò che è suo*, subito soggiunge:

*poiché invece non siete del mondo, ma vi ho scelti io dal mondo, per questo il mondo vi odia*. Anch'essi dunque erano di là, da dove, per non esserlo, furono scelti, non per meriti propri, non preceduti da alcuna opera buona, non per natura, che, a causa del libero arbitrio, era stata tutta viziata nella radice stessa; ma gratuitamente, cioè per vera grazia. Colui infatti che scelse il mondo dal mondo, formò ciò che avrebbe scelto, non lo trovò, perché *è un resto, secondo una scelta fatta per grazia. E se lo è per grazia, dice, non lo è per le opere; altrimenti la grazia non sarebbe più grazia* (Rm 11, 5-6).

Se poi ci si domanda come il mondo della perdizione ami se stesso, lui che odia il mondo della redenzione: ama se stesso certamente di un amore falso, non vero; per cui falsamente ma se stesso, e veramente odia. Infatti *chi ama l'iniquità, odia la propria anima* (Sal 10, 6). Ma si dice che ama se stesso, perché ama l'iniquità che lo rende iniquo. E, al contrario, si dice che odia se stesso perché ama ciò che lo rovina. Odia quindi in sé la natura, ama il vizio. Odia ciò che è stato creato per bontà di Dio, ama ciò che in lui è stato fatto per libera volontà. Motivo per cui, se comprendiamo correttamente, ci viene proibito e comandato di amare il [mondo]. Ci è proibito certo quando ci vien detto: *Non amate il mondo* (1Gv 2, 15). Ci è comandato invece dove ci vien detto: *Amate i vostri nemici* (Mt 5, 44). Essi sono appunto il mondo, che ci odia. Ci viene quindi proibito di amare in lui ciò che egli ama in se stesso, e ci viene comandato di amare in lui ciò che egli odia in se stesso.

Ci è quindi proibito di amare in lui il vizio, e ci è comandato di amare la natura, mentre egli ama in se stesso il vizio, ed odia la natura, affinché noi lo amiamo ed odiamo rettamente, benché egli ami ed odi se stesso in modo sbagliato.

*Ricordatevi, dice, della parola che io vi ho detto: “Un servo non è più grande del suo padrone”. Se hanno perseguitato me, perseguiteranno anche voi; se hanno osservato la mia parola, osserveranno anche la vostra.*

Et in Epistola sua Ioannes ait:

*Advocatum habemus ad Patrem, Iesum Christum iustum, et ipse propitiator est peccatorum nostrorum; non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi.*

Totus ergo mundus Ecclesia est, et totus mundus odit Ecclesiam.

Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus salvatum, inquinatus mundatum.

**3.** Sed iste mundus quem Deus in Christo reconciliat sibi, et qui per Christum salvatur, et cui per Christum peccatum omne donatur, de mundo electus est inimico, damnato, contaminato. Ex ea quippe massa quae tota in Adam periit, fiunt vasa misericordiae, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem: quem mundus odit, ex eadem massa pertinens ad vasa irae, quae perfecta sunt ad perditionem. Denique cum dixisset: *Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret*; continuo subiecit:

*Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Ergo et ipsi inde erant, unde ut non essent, electi sunt **inde**,

non meritis suis, quorum nulla bona praecesserant opera; non natura, quae tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice vitiata: sed gratuita, hoc est vera gratia.

Qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret,

non invenit: quia *reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.*

**4.** Si autem quaeratur quomodo se diligit mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis; diligit se utique falsa dilectione, non vera.

Proinde falso se diligit, et vere odit. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.* Sed diligere se dicitur, quoniam iniquitatem qua iniquus est diligit:

et rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturam, diligit vitium: odit quod factus est per Dei bonitatem, diligit quod in eo factum est per liberam voluntatem. Unde nos quoque illum diligere et prohibemur, si recte **intellegimus**, et iubemur: prohibemur scilicet, ubi nobis dicitur:

*Nolite diligere mundum*; iubemur autem, ubi nobis dicitur:

*Diligite inimicos vestros*. Ipsi sunt mundus qui nos odit.

Ergo et prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso; et iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso,

Dei scilicet opificium, et diversas bonitatis suae consolationes.

Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurque diligere naturam, cum ipse in se diligit vitium, oderitque naturam: ut nos eum et diligamus et oderimus recte, cum se ipse diligit oderitque perverse.

## TRACTATUS LXXXVIII

*Haec omnia facient vobis propter nomen meum* (Io 15, 17-21).

Quid est aliud dicere quam: me in vobis persequuntur, et sermonem vestrum, quia meus est, ideo non servabunt?

**1.** Exhortans Dominus servos suos ad mundi odia perferenda patienter, nullum maius eis et melius quam de seipso proponit exemplum: quoniam, sicut dicit apostolus Petrus: *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius*. Quod utique si facimus, ipso adiuvante facimus, qui dixit: *Sine me nihil potestis facere*. Denique quibus iam dixerat: *Si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit*: et nunc in eo quod audistis, cum legeretur Evangelium:

*Mementote, inquit, sermonis mei quem ego dixi vobis: Non est servus maior domino suo: si me persecuti sunt, et vos persequuntur; si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.*

Dicendo autem: *Non est servus maior domino suo*, nonne evidenter ostendit quemadmodum intellegere debeamus quod superius dixerat: *Iam non dico vos servos?* Ecce enim eos servos dicit. Nam quid est aliud: *Non est servus maior domino suo: si*

<sup>69</sup> Gv 3, 17 Vulg.: “Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.”; Sabatier in nota: “rursus Aug. tract. 36. in Joh. to. 3. col. 545. b. alludens dicit: *Ego non veni, ut iudicem mundum, sed ut salvum faciam mundum*. Ita fere Ambrosius, l. 1. de poenit. col. 405. *Non enim veni, ut iudicem mundum, sed ut salvetur mundus per me.* [...] Maxim. Taurin. p. 19. c. *Non enim venit Christus, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*”

<sup>70</sup> 1Gv 2, 1-2 Vulg.: “advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum: et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.”; VL: “Advocatum habemus ad Patrem, Jesum Christum justum; et ipse propitiatio est peccatorum nostrorum; non tantum nostrorum, sed et totius mundi.”

<sup>71</sup> Gv 15, 19.

<sup>72</sup> Rm 11, 5-6; in realtà la citazione è più ampia rispetto a quanto evidenziato: “reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.”.

<sup>73</sup> Sal 10, 6 Vulg.; NCEI 10, 5 traduce: “egli odia chi ama la violenza.”; è indispensabile una traduzione più prossima a Vulg.

<sup>74</sup> In realtà 1Gv 2, 15.

<sup>75</sup> Gv 15, 20.

Manifestum est igitur illum servum qui non manet in domo in aeternum (Joan. VIII), illum pertinentem ad timorem quem foras charitas mittit (I Joan. IV), esse intelligendum, ubi dictum est: *Jam non dico vos servos (Hic supra)*; hic autem ubi dicitur: *Non est servus major domino suo; si me persecuti sunt, et vos persequentur*; illum significari servum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in saeculum saeculi. (Psal. XVIII). Hic enim servus est auditurus: *Euge, serve bone, intra in gaudium domini tui (Matth. XXV)*.

*Sed haec omnia*, inquit, *facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit.*<sup>76</sup> Quae omnia facient, nisi quae dixit: odio habebunt, scilicet, et persequentur sermonem quem contemnunt? Quoniam si sermonem [F. addend. non] servarent eorum, nec tamen odissent eos, neque persequerentur; vel etiam si odissent, nec tamen persequerentur, non omnia facerent.

*Haec autem omnia facient vobis*, inquit, *propter nomen meum*. Quid est aliud dicere, quam, Me in vobis odio habebunt; me in vobis persequentur; et sermonem vestrum, quia meus est, ideo non servabunt? *Haec enim omnia facient vobis propter nomen meum*; non vestrum, sed *meum*. Tanto igitur miseres, qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatores, qui propter hoc nomen ista patiuntur; sicut ipse alio loco dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (Matth. V)*; hoc est enim, propter me, vel propter nomen meum.

Si eo modo intelligamus dictum: *Haec omnia facient vobis propter nomen meum*, totum referatur ad justos, tanquam dictum sit: Haec omnia patiemini ab eis.

Si autem *propter nomen meum* sic accipitur, tanquam diceret: Propter nomen meum, quod in vobis oderunt, ita potest accipi, et propter iustitiam, quam in vobis oderunt; ac per hoc et boni, cum persecutionem faciunt malis, possunt recte dici et propter iustitiam facere, cum diligendo persequuntur malos; et propter iniquitatem, quam oderunt in ipsis malis; ita ergo et ipsi mali possunt dici pati, et propter iniquitatem, quae in illis punitur, et propter iustitiam, quae in eorum poena exercetur.

Item quaeri potest si etiam mali faciunt persecutionem malis, sicut impii reges et iudices, cum essent persecutores piorum, et utique homicidas, et adulteros, et quosque maleficos, quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant, quomodo intelligendum est quod ait Dominus: *Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret.*<sup>77</sup> neque enim quos punit diligit mundus, a quo videmus supra dicta scelerum genera plerumque puniri; nisi quia mundus est in eis a quibus talia scelera puniuntur, mundus et in eis a quibus talia scelera diliguntur.

Mundus itaque ille, qui intelligitur in malis atque impiis, et odit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet; et diligit quod suum est, ex ea parte hominum qua eisdem ipsis cum consceleratis favet.

Ergo *haec omnia facient vobis propter nomen meum*, vel ita dictum est, propter quod vos patimini; vel ita, propter quod et ipsi faciunt, quia hoc in vobis dum persequuntur,

È chiaro dunque che è quel servo che non rimane per sempre nella casa (cfr Gv 8, 35), quello che appartiene al timore che solo la carità bandisce (cfr 1Gv 4, 18), che va inteso, dove si dice: *Non vi chiamo più servi (Gv 15, 15)*; ma qui dove si dice: *“Un servo non è più grande del suo padrone”*. *Se hanno perseguitato me, perseguiteranno anche voi* va inteso quel servo che appartiene al timore casto, che rimane per sempre (cfr Sal 18, 10). Questo servo infatti sentirà: *Bene, servo buono e fedele [...]; prendi parte alla gioia del tuo padrone e (Mt 25, 21)*.

*Ma faranno a voi*, dice, *tutto questo a causa del mio nome, perché non conoscono colui che mi ha mandato*. Quale “tutto” faranno, se non ciò che disse: odieranno, naturalmente, e perseguiteranno la parola che disprezzeranno? Perché, se non avessero osservato la loro parola, tuttavia senza odiarli e senza perseguitarli; o se pure li avessero odiati, ma tuttavia senza perseguitarli, non avrebbero fatto “tutto”. *Ma faranno a voi*, dice, *tutto questo a causa del mio nome*. Che altro vuol dire se non questo: In voi odieranno me; in voi perseguiteranno me; e non osserveranno la vostra parola perché è la mia? *Faranno infatti tutto questo a voi a causa del mio nome*; non vostro, ma *mio*. Tanto più miserabili dunque quelli che fanno ciò a causa di questo nome, quanto più beati quelli che soffrono ciò a causa di questo nome, secondo quanto egli stesso dice altrove: *Beati i perseguitati per la giustizia (Mt 5, 10)*; Cioè, infatti, “a causa mia”, oppure *a causa del mio nome*.

Se comprendiamo in questo modo quanto detto: *Faranno tutto questo a voi a causa del mio nome*, tutto viene riferito ai giusti, come a dire: Patirete tutto ciò da parte loro.

Se invece *a causa del mio nome* viene recepito come se dicesse: “A causa del mio nome che in voi odiano”, si può prendere anche così: “a causa della giustizia che in voi odiano”; e perciò anche i buoni, quando perseguitano i cattivi, si può correttamente dire che lo fanno per la giustizia, dato che per amore perseguitano i cattivi, e per l'iniquità, che odiano in quei cattivi; così dunque si può dire che anche i cattivi soffrono, per l'iniquità che in essi viene punita, e per la giustizia che viene esercitata nella loro punizione.

Parimenti ci si può chiedere: se anche i cattivi perseguitano i cattivi - come re e magistrati empì che, benché fossero persecutori dei pii, punivano comunque omicidi e adulteri, e ogni specie di malfattori, e quanti sapevano sovvertitori delle pubbliche leggi - come si deve intendere ciò che dice il Signore: *Se foste del mondo, il mondo amerebbe ciò che è suo?* infatti il mondo, dal quale vediamo essere puniti i delitti sopra citati, non ama quelli che punisce; se non altro perché sia in coloro dai quali tali delitti sono puniti c'è il mondo, sia in coloro dai quali tali delitti sono amati c'è il mondo. Pertanto quel mondo, che si identifica con i malvagi e con gli empì, sia odia ciò che è suo per mezzo di quella parte di uomini con cui colpisce i malfattori; sia ama ciò che è suo per mezzo di quella parte di uomini con cui asseconda quei medesimi assieme ai malviventi. Dunque: *Faranno tutto ciò a voi a causa del mio nome*, viene spiegato o così: a causa del quale voi soffrite; o così: a causa del quale essi stessi agiscono, perché

*me persecuti sunt, et vos persequentur?*

Manifestum est igitur illum servum, qui non manet in domo in aeternum, illum pertinentem ad timorem quem foras caritas mittit, esse intellegendum, ubi dictum est: *Iam non dico vos servos*: hic autem ubi dicitur: *Non est servus maior domino suo: si me persecuti sunt, et vos persequentur*, illum significari servum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in saeculum saeculi. Hic enim servus est auditurus: *Euge, serve bone, intra in gaudium Domini tui*.

*2. Sed haec*, inquit, *omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me*. Quae omnia facient, nisi quae dixit, odio habebunt scilicet, et persequentur, sermonemque contemnunt? Quoniam si sermonem non servarent eorum, nec tamen odissent eos, neque persequerentur; vel etiamsi odissent, nec tamen persequerentur: non omnia facerent.

*Haec autem omnia facient vobis propter nomen meum*, quid est aliud dicere, quam, me in vobis odio habebunt, me in vobis persequentur, et sermonem vestrum, quia meus est, ideo non servabunt? *Haec enim omnia facient vobis propter nomen meum*: non vestrum, sed *meum*. Tanto igitur miseres qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatores qui propter hoc nomen ista patiuntur: sicut ipse alio loco dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*. Hoc est enim propter me, vel propter nomen meum:

quia, sicut Apostolus docet: *Factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio; ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur*. Faciunt quippe ista mali malis; sed non propter iustitiam: et ideo miseri utrique, et qui faciunt, et qui patiuntur. Faciunt et boni malis: ubi etsi faciunt isti propter iustitiam, non tamen illi propter iustitiam patiuntur.

**Propter iustitiam, an propter iniquitatem?**

**3.** Sed dicit aliquis: Si mali quando persequuntur bonos propter nomen Christi, propter iustitiam boni patiuntur, profecto propter iustitiam haec eis mali faciunt; quod si ita est, ergo et quando boni malos propter iustitiam persequuntur, propter iustitiam etiam mali patiuntur. Si enim possunt mali persecutionem facere bonis propter nomen Christi, cur non possunt mali persecutionem pati a bonis propter nomen Christi; et quid est, nisi propter iustitiam? Nam si non propter quod boni faciunt, propter hoc mali patiuntur; quia faciunt boni propter iustitiam, patiuntur mali propter iniustitiam: nec mali ergo propter hoc possunt facere propter quod boni patiuntur, quia faciunt mali propter iniustitiam, patiuntur boni propter iustitiam. Quomodo ergo erit verum: *Haec omnia facient vobis propter nomen meum*; cum illi non propter nomen Christi faciunt, id est, non propter iustitiam, sed propter iniquitatem suam? Haec quaestio ita solvitur,

si eo modo intellegamus dictum: *Haec omnia facient vobis propter nomen meum*, ut totum referatur ad iustos; tanquam dictum sit: Haec omnia patiemini ab eis propter nomen meum: ut hoc sit, *facient vobis*, quod est, patiemini ab eis.

Si autem *propter nomen meum* sic accipitur, tanquam diceret, propter nomen meum quod in vobis oderunt; ita potest accipi, et propter iustitiam quam in vobis oderunt: ac per hoc boni cum persecutionem faciunt malis, possunt recte dici et propter iustitiam facere, quam diligendo persequuntur malos; et propter iniquitatem, quam oderunt in ipsis malis: ita ergo et ipsi mali possunt dici pati, et propter iniquitatem quae in illis punitur, et propter iustitiam quae in eorum poena exercetur.

**4.** Item quaeri potest, si etiam mali faciunt persecutionem malis; sicut impii reges et iudices, cum essent persecutores piorum, utique et homicidas, et adulteros, et quoscumque maleficos, quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant; quomodo intelligendum est quod ait Dominus: *Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret*. Neque enim quos punit diligit mundus, a quo videmus supra dicta scelerum genera plerumque puniri: nisi quia mundus est in eis a quibus talia scelera puniuntur, et mundus est in eis a quibus talia scelera diliguntur.

Mundus itaque ille qui intelligitur in malis atque impiis, et odit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet; et diligit quod suum est, ex ea parte hominum qua eisdem ipsis consceleratis favet.

Ergo: *Haec omnia facient vobis propter nomen meum*, vel ita dictum est, propter quod vos patimini; vel ita, propter quod et ipsi faciunt: quia et hoc in vobis dum

<sup>76</sup> Gv 15, 21.

<sup>77</sup> Gv 15, 19 Vulg.: “Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret.”; Sabatier in nota, oltre ad altri: “August. l. de pat. to. 6. col. 541. a. *Si de hoc mundo essetis, mundus quod suum est diligeret*, &c. ut in Vulg. In Collat. Carthag. p. 491. c. ex parte Donat. *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset amasset*.”.

oderunt; et addidit: *Quia nesciunt eum qui me misit.*

Hoc secundum eam scientiam dictum intelligendum est, de qua et alibi scriptum est: *Scire autem te, sensus est consummatus* (*Sap.* VI)<sup>78</sup>. Hac quippe scientia, qui sciunt Patrem, a quo missus est Christus, nullo modo persequuntur eos quos colligit Christus, quia et ipsi cum eis colliguntur a Christo.

*Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent.*<sup>79</sup> Iudaeos ostendit expressius; de his ergo et illa dicebat.

Judaei ergo persecuti sunt Christum, quod evidentissime indicat Evangelium. Judaeis locutus est Christus, non aliis gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundum, qui odit Christum et discipulos ejus. Imo vero non in his solis, sed hos quoque ad eundem mundum pertinere monstravit. Quid ergo?

*Si non venissem, peccatum non haberent?* Nunquid sine peccato erant Judaei, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit?

Sed magnum quoddam peccatum, non omne peccatum, quasi sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatum quo tenentur cuncta peccata: quod unusquisque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata. Hoc est autem, quia non crediderunt in Christum, qui propterea venit, ut credatur in eum: hoc peccatum, si non venisset, non utique haberent. Adventus quippe ejus, quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitiabilis factus est.

Sed adjunxit atque ait:

*Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*<sup>80</sup> Potest movere quaerentes utrum hi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Si enim non habent, cur dictum est propterea istos non habere, quia venit, et locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant, ut a poenis alienentur, an ut minus puniantur? Ad haec inquisita pro meo captu Domino dante respondeo habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quia in Christum non crediderunt, ad quos non venit, et quibus non est locutus; sed non in eo sunt numero, ad quos in discipulis venit, et quibus per discipulos est locutus: quod et tunc facit, nam per Ecclesiam suam venit ad gentes, et per Ecclesiam suam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait: *Qui vos recipit, me recipit*<sup>81</sup>; *et qui vos spernit, me spernit* (*Luc.* X).

*An vultis, inquit apostolus Paulus, experimentum accipere ejus qui in me loquitur* (*II Cor.* XIII)<sup>82</sup>

Restat inquirere utrum hi qui priusquam Christus per Ecclesiam veniret ad gentes, et priusquam Evangelium ejus audirent, vitae hujus fine praeventi sunt, seu

quello in voi odiano mentre vi perseguitano; e aggiunge: *perché non conosco colui che mi ha mandato.* Queste parole sono dette in ordine a quella conoscenza, della quale altrove è scritto: *Conoscere te, è sapienza perfetta* (cfr *Sap* 6, 16). Grazie a questa conoscenza, coloro che conoscono il Padre, dal quale Cristo è stato inviato, in nessun modo perseguitano coloro che Cristo raccoglie; perché anch'essi con loro vengono raccolti da Cristo.

*Se io non fossi venuto e non avessi parlato loro, non avrebbero alcun peccato.* Si riferisce in modo più esplicito ai Giudei; di essi dunque diceva anche quelle cose.

I Giudei dunque hanno perseguitato Cristo, come il Vangelo ampiamente documenta. Cristo ha parlato ai Giudei, non ad altre genti. In essi quindi ha voluto intendere il mondo, che odia Cristo e i suoi discepoli. Senza alcun dubbio ha mostrato che quel mondo non riguarda solo essi, ma che anch'essi gli appartengono. Che significa allora: *Se io non fossi venuto non avrebbero alcun peccato?* Forse che i Giudei erano senza peccato prima che Cristo venisse a loro nella carne? Chi, per quanto stolto, lo direbbe? Ma col termine generico vuole, di fatto, riferirsi ad un qualche peccato grave, non ad ogni peccato. Questo infatti è il peccato da cui sono trattenuti tutti gli altri peccati, e per il quale a chiunque, se non l'ha, vengono rimessi tutti gli altri peccati. Esso consiste poi nel non aver essi creduto in Cristo, che era venuto per questo: perché si credesse in lui. Questo peccato certamente non l'avrebbero, se egli non fosse venuto. Sicché il suo avvento, quanto è stato salutare per i credenti, altrettanto è stato esiziale per i non credenti.

Ma aggiunse e disse:

*ma ora non hanno scusa per il loro peccato.* Può scuotere chi si interroga se coloro ai quali Cristo non è venuto e ai quali non ha parlato, hanno scusa per il loro peccato. Se infatti non l'hanno, perché si dice che per questo essi<sup>84</sup> non hanno scusa perché è venuto ed ha parlato loro? Ma se l'hanno, l'hanno forse per essere allontanati dalla pena, o per essere puniti di meno? A questa domanda, secondo la mia capacità e con l'aiuto del Signore, rispondo che essi hanno scusa non di ogni loro peccato, ma di questo peccato: non aver creduto in Cristo, che non venne ad essi, e ai quali non ha parlato; ma non sono di questo numero, quelli a cui Cristo è venuto nei discepoli, e ai quali per mezzo dei discepoli ha parlato. Ciò che ancora fa: per mezzo della sua Chiesa, infatti, viene alle genti, e per mezzo della sua Chiesa parla alle genti. Riguarda ciò quanto ha detto: *Chi accoglie voi accoglie me; chi disprezza voi disprezza me* (*Lc* 10, 16). *Volete forse, dice l'apostolo Paolo, ricevere una prova di colui che parla in me* (*2Cor* 13, 3)?

Ci rimane da vedere se coloro che, prima che Cristo per mezzo della Chiesa venisse alle genti, e prima che avessero udito il Vangelo, sono giunti alla fine di questa vita, o

persequuntur, oderunt. Et addidit: *Quia nesciunt eum qui misit me.*

Hoc secundum eam scientiam dictum intellegendum est, de qua et alibi scriptum est: *Scire autem te, sensus est consummatus.* Hac quippe scientia qui sciunt Patrem a quo missus est Christus, nullo modo persequuntur eos quos colligit Christus; quia et ipsi cum eis colliguntur a Christo.

## TRACTATUS LXXXIX

*Si non venissem, et eis locutus non fuisset, peccatum non haberent* (Io 15, 18-23).

Adventus eius quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitiabilis factus est.

**Peccatum quo tenentur cuncta peccata.**

**1.** Superius dixerat Dominus ad discipulos suos: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt: sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.* De quibus autem hoc dixerit si quaeramus, invenimus eum ad haec verba venisse ab eo quod dixerat: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit:* nunc vero quod addidit:

*Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent,* Iudaeos ostendit expressius. De his ergo et illa dicebat;

nam hoc indicat verborum ipsa contextio. De his enim dicit: *Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent,* de quibus dicebat: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt: sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me:* his enim verbis et ista subiungit: *Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent.*

Iudaei ergo persecuti sunt Christum, quod evidentissime indicat Evangelium; Iudaeis locutus est Christus, non aliis gentibus: in eis ergo voluit intellegi mundum, qui odit Christum et discipulos eius; imo vero non in eis solis, sed hos quoque ad eundem mundum pertinere monstravit. Quid est ergo:

*Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent?* Numquid sine peccato erant Iudaei, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatum, non omne peccatum, quasi sub generali nomine vult intellegi. Hoc est enim peccatum quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata: hoc est autem, quia non crediderunt in Christum, qui propterea venit ut credatur in eum. Hoc peccatum, si non venisset, non utique haberent. Adventus quippe ejus quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitiabilis factus est:

tamquam et ipse caput et princeps Apostolorum, quod de se ipsi dixerunt, exstiterit *quibusdam quidem odor vitae in vitam, quibusdam vero odor mortis in mortem.*

**2.** Sed quod adiunxit, atque ait:

*Nunc autem excusationem non habent de peccato suo,* potest movere quaerentes, utrum hi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Si enim non habent, cur hic dictum est propterea istos non habere, quia venit et locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant ut a poenis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad haec inquisita pro meo captu, Domino donante, respondeo, habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, et quibus non est locutus.

Sed non in eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit, et quibus per discipulos est locutus, quod et nunc facit: nam per Ecclesiam suam venit ad Gentes, et per Ecclesiam loquitur Gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait:

*Qui vos recipit, me recipit:* et: *Qui vos spernit, me spernit.*

*An vultis, inquit apostolus Paulus, experimentum accipere ejus qui in me loquitur Christus?*

**3.** Restat inquirere utrum hi qui priusquam Christus in Ecclesia veniret ad Gentes, et priusquam Evangelium ejus audirent, vitae huius fine praeventi sunt, seu

<sup>78</sup> Sap 6, 16 Vulg.: “Cogitare ergo de illa sensus est consummatus.”; NCEI 6, 15 traduce: “Riflettere su di lei, infatti, è intelligenza perfetta.”.

<sup>79</sup> Gv 15, 22.

<sup>80</sup> Gv 15, 22.

<sup>81</sup> In realtà solo la seconda parte della citazione è riferibile a Lc 10, 16; questa prima è da Mt 10, 40.

<sup>82</sup> 2Cor 13, 3 Vulg.: “An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur”; Sabatier in nota: “Augustinus tractat. 89. & 95. in Johan. tom. 3. part. 4. col 9. d. 15. c. *An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus?* sic iterum lib. 1. de conjug. adult. tom. 6. col. 400. c. & lib. contra Adimant. to. 8. col. 120. f.”. NCEI traduce: “dal momento che cercate una prova che Cristo parla in me”; adotto una traduzione più vicina a Vulg.

<sup>84</sup> I Giudei.

praeveniuntur, possint habere hanc excusationem. Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur* (Rom. III)<sup>83</sup>.

Isti certe, ad quos venit, et quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem, qua possent dicere: Non vidimus, non audivimus; sive non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia, sive acceptaretur; et si non ab omni damnatione liberarentur, certe aliquanto levius damnarentur.

Audistis Dominum dicentem:

*Qui me odit, et Patrem meum odit.*<sup>85</sup> Qui superius dixerat: *Haec facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me.*<sup>86</sup>

vi giungeranno, possano avere questa scusa. Certamente possono, ma non per questo possono sfuggire alla condanna. *Tutti quelli che hanno peccato senza la Legge, senza la Legge periranno; quelli invece che hanno peccato sotto la Legge, con la Legge saranno giudicati* (Rm 2, 12).

Certamente, coloro ai quali Cristo venne e ai quali ha parlato, per il grande peccato d'incredulità non hanno quella scusa, grazie alla quale poter dire: Non abbiamo visto, non abbiamo sentito; sia che tale scusa non fosse accettata da colui i cui giudizi sono imperscrutabili, sia che fosse accettata; e se non liberati da ogni condanna, certo sarebbero condannati in modo più lieve.

Avete ascoltato il Signore che dice:

*Chi odia me odia anche il Padre mio.* Lui che poco sopra aveva detto: *Vi faranno tutto questo, perché non conoscono colui che mi ha mandato.*

praeveniuntur, possint habere hanc excusationem? Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. *Quicumque enim sine Lege peccaverunt, sine Lege et peribunt: et quicumque in Lege peccaverunt, per Legem iudicabuntur.*

Quae quidem Apostoli verba, quoniam id quod ait, *peribunt*, terribilius sonat quam quod ait, *iudicabuntur*; non solum nihil adiuvere hanc excusationem videntur ostendere, verum etiam plus gravare. Qui enim se quia non audierunt, excusabunt, *sine Lege peribunt*.

**4.** Sed utrum hi qui cum audirent, contempserunt, vel etiam restiterunt, nec tantum contradicendo, sed et eos a quibus audierunt odiis persequendo, in eis deputandi sunt de quibus aliquid levius videtur sonuisse quod dictum est, *per Legem iudicabuntur*, merito quaeritur. Sed si aliud est perire sine Lege, aliud iudicari per Legem, et illud est gravius, hoc autem levius; procul dubio non sunt isti in hac poena leviore ponendi, quia neque in Lege peccaverunt, sed omnino Legem Christi accipere noluerunt, et eam quantum ad ipsos attinet, omnino nullam esse voluerunt. Illi autem peccant in Lege, qui sunt in Lege, id est, qui eam suscipiunt, eamque sanctam, et mandatum sanctum et iustum et bonum fatentur; sed infirmitate non implent quod ab ea rectissime praecipitur dubitare non possunt. Hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eorum, qui sine Lege sunt, perditione discerni: si tamen quod Apostolus ait, *per Legem iudicabuntur*, sic accipiendum est tamquam dixerit, non peribunt; quod mirum si ita est. Neque enim de infidelibus et fidelibus erat sermo ut hoc diceret, sed de Gentibus et Iudaeis: qui certe utrique nisi in eo Salvatore salventur, qui venit quaerere quod perierat, ad perditionem sine dubio pertinebunt. Quamvis dici possit, alios gravius, alios levius perituros, id est, alios graviore, alios leviores poenas in sua perditione passuros. Ille enim perire Deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine quam dat sanctis suis, per supplicium separatur: tanta est autem suppliciorum, quanta est diversitas peccatorum; quae quomodo se habeat, altius iudicat sapientia divina, quam coniectura scrutatur aut effatur humana.

Isti certe ad quos venit, et quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem, qua possint dicere: Non vidimus,

non audivimus: sive non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia, sive acceptaretur, et si non ut ab omni damnatione liberarentur, certe ut aliquanto levius damnarentur.

**5.** *Qui me odit, inquit, et Patrem meum odit.* Hic nobis fortasse dicatur: Quis potest odisse quem nescit? Et utique antequam diceret: *Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent*, dixerat discipulis suis: *Haec facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me.* Quomodo ergo nesciunt et oderunt? Si enim non quod est ipse, sed nescio quid aliud de illo opinantur; non utique ipsum, sed illud inveniuntur odisse quod fingunt, aut errando potius suspicantur. Et tamen nisi possent homines odisse quod nesciunt, non veritas utrumque dixisset, quia eius Patrem et nesciunt et oderunt. Sed quomodo id fieri possit, si adjuvante Domino per nos demonstrari potest; quia haec disputatio est iam claudenda, nunc non potest.

## TRACTATUS XC

*Viderunt et oderunt me et Patrem meum* (Io 15, 23).

O miseros homines, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem qua damnantur mali! Nolunt enim eam esse quod est, cum seipsos debeant nolle esse quod sunt, ut ipsa manente mutentur, ne ipsa iudicante damnentur.

**1.** Audistis Dominum dicentem:

*Qui me odit, et Patrem meum odit;* qui superius dixerat: *Haec facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me.*

Non itaque dissimulanda nascitur quaestio, quomodo possint odisse quem nesciunt. Si enim Deum non quod est ipse, sed nescio quid aliud eum suspicantur aut credunt, et hoc oderunt; utique non ipsum oderunt, sed quod sua mendaci suspitione vel vana credulitate concipiunt: si autem quod est, hoc de illo sentiunt, quomodo eum nescire dicuntur? Et de hominibus quidem fieri potest ut eos saepe quos nunquam vidimus, diligamus; ac per hoc nec illud a contrario impossibile est, ut eos quos nunquam vidimus, oderimus. Fama quippe de aliquo sermocinante seu bene seu male, fit non immerito ut amemus vel oderimus ignotum. Sed si fama sit verax, quomodo est de quo vera didicimus, dicendus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quam cum et

<sup>83</sup> In realtà Rm 2, 12.

<sup>85</sup> Gv 15, 23.

<sup>86</sup> Gv 15, 21 Vulg.: “Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum : quia nesciunt eum qui misit me.”.

Si interrogarentur Iudaei utrum diligerent Deum, quid se aliud quam diligere responderent, nec ex animo mentientes, sed errando potius opinantes? Quomodo enim diligerent Patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt enim sua facta damnari; et hoc habet veritas, ut talia facta damnentur.

Tantum igitur oderunt veritatem, quantum oderunt suas poenas, quas talibus irrogat veritas. Nesciunt autem illam esse veritatem, quae tales quales ipsi sunt damnat.

Oderunt ergo quam nesciunt; et cum illam oderunt, profecto et eum de quo nata est nisi odisse non possunt. Ac per hoc, quia Veritatem, qua iudicante damnantur, de Patre Deo natam nesciunt, utique etiam ipsum nesciunt, et oderunt.

Se interrogassimo i Giudei se amano Dio, cos'altro essi risponderebbero se non che lo amano, senza per questo mentire, ma piuttosto ingannandosi nell'opinare? Come infatti potrebbero amare il Padre della verità, coloro che odiano la verità? Infatti non desiderano che le loro azioni siano condannate, mentre la verità ha il dovere di condannare tali azioni. Essi dunque odiano la verità tanto quanto odiano le proprie pene, che la verità infligge in simili casi. Non sanno che la verità è quella che condanna quanti sono come loro. Perciò odiano la verità che non conoscono, e, odiandola, non possono che odiare colui dal quale essa è nata. E perciò, dato che non sanno che la Verità, dal cui giudizio sono condannati, è nata da Dio Padre, certo non conoscono neppure Lui, ma lo odiano.

ipse non videat, nulli tamen potest notior esse quam sibi. Non igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiusque notitia. Sed tunc nobis ad cognitionem patet, quando eius mores et vita non latet. Alioquin nec seipsum nosse quisquam potest, qui videre faciem suam non potest. Sed utique tanto certius quam notus est aliis ipse se novit, quanto certius interiore conspectu potest videre quod sapit, videre quod cupit, videre quod vivit: quae cum aperiuntur et nobis, tunc vere fit cognitus nobis. Haec itaque quoniam plerumque ad nos de absentibus vel etiam mortuis, sive fama, sive litteris perferuntur; hinc fit ut saepe quos nunquam facie corporis vidimus (non tamen quos omnino nescimus), vel oderimus homines, vel amemus.

**Non possumus hominum indagare conscientiam.**

2. Sed plerumque in eis nostra credulitas fallitur; quia nonnunquam et historia, et multo magis fama mentitur. Pertinet autem ad nos ne perniciose opinione fallamur, ut quia non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus veram certamque sententiam. Hoc est, ut si ille vel ille homo utrum sit impudicus pudicusve nescimus, oderimus tamen impudicitiam, et pudicitiam diligamus: et si illum vel illum iniustum esse iustumve nescimus, amemus tamen iustitiam, et iniustitiam detestemur; non quas nobis ipsi errando confingimus, sed quas fideliter, hanc appetendam, illamque vitandam in Dei veritate conspiciamus: ut cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus, quod devitandum est devitamus, ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquando, imo assidue non vera sentimus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci ista non potest vita, ita ut Apostolus diceret: *Tentatio vos non apprehendat nisi humana*. Quid enim tam humanum quam non posse inspicere cor humanum; et ideo non eius latebras perscrutari, sed plerumque aliud quam id quod ibi agitur suspicari? Quamquam et in his rerum tenebris humanarum, hoc est cogitationum alienarum, etsi suspiciones intellegere non possumus, quia homines sumus; iudicia tamen, id est, definitas firmasque sententias continere debemus, nec ante tempus quidquam iudicare, donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a Deo. Quando ergo non erratur in rebus, ut recta sit improbatio vitiorum virtutumque probatio; profecto si erratur in hominibus, venialis est humana tentatio.

3. Per has autem humanorum cordium tenebras, res multum miranda et multum dolenda contingit, ut eum nonnunquam quem iniustum putamus, et tamen iustus est et iustitiam in eo nescientes diligimus, devitemus, aversemur, a nostro prohibeamus accessu, communem cum illo vitam victumque habere nolimus; eumque etiam, si disciplinae imponendae necessitas cogit, sive ne aliis noceat, sive ut fiat ipse correctior, asperitate salubri persequamur; et hominem bonum tamquam malum affligamus, quem nescientes amamus. Hoc fit, si quis, verbi gratia, cum sit pudicus, a nobis creditur impudicus. Sine dubio enim si pudicum diligo, hoc est ipse quod diligo: ergo etiam ipsum diligo, et nescio. Et si impudicum odi, non ergo ipsum odi; quia non est quod odi: et tamen dilecto meo, cum quo semper in caritate pudicitiae habitat anima mea, facio ignarus iniuriam, non errans in discretionem virtutum atque vitiorum, sed in cordium tenebris humanorum. Proinde sicut fieri potest ut homo bonus hominem bonum oderit nesciens, vel potius diligit nesciens (ipsum enim diligit cum bonum diligit, quia id quod est ille, hoc iste diligit); oderit autem nesciens non ipsum, sed quod putat esse ipsum: ita fieri potest ut etiam homo iniustus hominem oderit iustum, et dum aestimat se sui similem iniustum diligere, nesciens diligit iustum; et tamen dum eum credit iniustum, diligit non ipsum, sed quod putat esse ipsum. Quemadmodum autem hominem, sic et Deum. Denique

si interrogarentur Iudaei, utrum diligerent Deum; quid se aliud quam diligere responderent, nec ex animo mentientes, sed errando potius opinantes? Quomodo enim diligerent Patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt enim sua facta damnari, et hoc habet veritas ut talia facta damnentur:

tantum igitur oderunt veritatem, quantum oderunt suas poenas, quas talibus irrogat veritas. Nesciunt autem illam esse veritatem, quae tales quales ipsi sunt damnat:

oderunt ergo quam nesciunt; et cum illam oderunt, profecto et eum de quo nata est nisi odisse non possunt. Ac per hoc quia veritatem qua iudicante damnantur, de Patre Deo natam nesciunt; utique etiam ipsum et nesciunt, et oderunt.

O miseros homines, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem qua damnantur mali! Nolunt enim eam esse quod est, cum seipsos debeant nolle esse quod sunt; ut ipsa manente mutentur, ne ipsa iudicante damnentur.



*Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent.*<sup>87</sup> Peccatum illud, scilicet magnum, de quo et superius ait: *Si non venissem, et locutus fuisset eis, peccatum non haberent,*<sup>88</sup> hoc est peccatum, quod in eum loquentem et operantem non crediderunt.

Hoc peccatum, quo in eum non crediderunt, ideo sic commemoratur, quia ipso [F. illo] peccato tenentur et caetera; hoc enim si non haberent, et in eum crederent, dimitterentur et caetera.

Sed quid est hoc, cum dixisset: *Si opera non fecissem in eis,* mox addidit *quae nemo alius fecit?* Nulla quippe in operibus Christi videntur esse majora quam suscitatio mortuorum: quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit enim Elias (*III Reg. XVII*), fecit Eliseus (*IV Reg. IV*), et cum in hac carne viveret, et cum in suo monumento sepultus iaceret.

Fecit tamen aliqua Christus, quae nemo alius fecit, quod quinque millia hominum de quinque, et quatuor millia de septem panibus pavit (*Luc. IX; Marc. VIII; Matth. XIV*); quod super aquas ambulavit, et Petro ut hoc faceret praestitit; quod aquam mutavit in vinum (*Joan. II*); quod aperuit oculos caeci nati (*Joan. IX*); et alia multa, quae commemorare longum est. Sed respondetur a nobis et alios fecisse quae ipse non fecit, et quae nemo alius fecit. Quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisque percussit (*Exod. VII, VIII, IX seq.*), diviso mari populum duxit (*Exod. XIV*), manna de coelo esurientibus impetravit, aquam de petra sitientibus fudit (*Exod. XVI*)? Quis nisi Iesus Nave populo **transitu** Jordanis fluenta divisit, et currentem solem emissa ad Dominum oratione frenavit et fixit (*Josue III*)? Quis praeter Samson propter suam sitim maxilla mortui asini exundante satiatus est (*Judic. XV*)? Quis praeter Eliam curru igneo in alta subvectus est (*IV Reg. II*)?

Quis praeter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaelem, in flammis ardentibus et non urentibus deambulavit illaesus (*Dan. III*)?

Praetereo caetera, quoniam haec satis esse arbitror, quibus demonstraretur et **alios** sanctos quaedam opera miranda fecisse, quae nemo alius fecit. Sed qui tam multa vitia, et malas valetudines, vexationesque mortalium tanta potestate sanavit, nullus omnino legitur antiquorum. Ut enim taceantur, quos jubendo sicut occurrerant salvos singulos fecit; Marcus evangelista quodam loco ait: *Vespere autem facto, cum sol occidisset, afferebant ei omnes male habentes, et daemonia habentes; et erat omnis civitas congregata ad januam; et curavit multos qui vexabantur variis languoribus; et daemonia multa eiciebat* (*Marc. I*). Id autem cum commemorasset Matthaeus, etiam testimonium propheticum addidit, dicens: *Ut adimpleatur, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, et aegrotationes portavit*

*Se non avessi compiuto in mezzo a loro opere che nessun altro ha mai compiuto, non avrebbero alcun peccato.* È quel peccato, certamente grande, di cui più sopra dice: *Se io non fossi venuto e non avessi parlato loro, non avrebbero alcun peccato*; questo è il peccato di non aver creduto in lui che parlava e operava.

Questo peccato, per il quale non credettero in lui, è quindi menzionato in questo modo, perché con questo peccato sono tratti anche gli altri; se infatti non lo avessero avuto, e avessero creduto in Lui, sarebbero stati rimessi anche tutti gli altri.

Ma cosa significa, che dopo aver detto: *Se non avessi compiuto in mezzo a loro opere,* subito aggiunge: *che nessun altro ha mai compiuto?* Fra le opere compiute da Cristo, nessuna sembra essere più grande della risurrezione dei morti; che sappiamo essere stata operata anche dagli antichi profeti. Lo fece infatti Elia (cfr *1Re 17, 21-22*), lo fece Eliseo (cfr *2Re 4, 35*), sia quando era in questa carne, sia quando giaceva sepolto nella tomba.

Tuttavia Cristo fece qualcosa che nessun altro fece, perché saziò cinquemila persone con cinque pani e quattromila con sette (cfr *Lc 9, 12-17; Mc 8, 1-9; Mt 14, 15-21*)<sup>91</sup>; perché camminò sulle acque e concesse a Pietro di fare ciò<sup>92</sup>; perché mutò l'acqua in vino (cfr *Gv 2, 1-10*); perché aprì gli occhi al cieco nato (cfr *Gv 9, 1-7*), e molte altre che sarebbe lungo ricordare. Ma ci si obietterà anche che altri hanno compiuto cose che Egli non ha fatto, e che nessun altro ha fatto. Chi infatti, se non Mosè, colpì con tante e tanto gravi piaghe gli Egiziani (cfr *Es c. 7-12*), guidò il popolo attraverso il mare diviso (cfr *Es 14, 21-29*), impetrò la manna dal cielo per gli affamati (cfr *Es c. 16*), fece scaturire l'acqua dalla roccia per gli assetati (cfr *Es 17, 1-6*)? Chi, se non Giosuè di Nun, divise le correnti del Giordano al **passaggio** del popolo<sup>93</sup>, e, rivolta a Dio un'orazione, frenò e bloccò la corsa del sole (cfr *Gs 10, 12-14*)? Chi, oltre Sansone, a causa della sua sete si soddisfò con la mascella trabordante di un asino morto (cfr *Gdc 15, 19*)<sup>94</sup>? Chi, oltre Elia, fu elevato nell'alto su un carro di fuoco (cfr *2Re 2, 11*).

Chi, oltre i tre uomini: Anania, Azaria, Misaele, camminò illeso tra le fiamme che ardevano e non bruciavano (cf. *Dn 3, 91-93*)?

Tralascio il resto, perché reputo che questo basti a dimostrare che **altri** santi hanno compiuto opere ammirabili, che nessun altro fece. Però che abbia sanato con tanta potestà così tanti vizi, e infermità, e tormenti di mortali davvero non lo si legge di nessuno degli antichi. Per tacere poi, di quanti, accorrendo a lui, salvò uno per uno col solo comando; l'evangelista Marco dice in un certo passo: *Venuta la sera, dopo il tramonto del sole, gli portavano tutti i malati e gli indemoniati. Tutta la città era riunita davanti alla porta. Guarì molti che erano affetti da varie malattie e scacciò molti demòni* (*Mc 1, 32-34*). Matteo, poi, quando ricordò ciò, aggiunse anche la testimonianza profetica, dicendo: *perché si compisse ciò che era stato detto per mezzo del profeta Isaia: Egli ha preso le nostre infermità e si è caricato delle malattie* (*Mt 8,*

*Odio habuerunt me gratis* (*Io 15, 22-25*).

Gratis odit qui nullum ex odio commodum quaerit, vel incommodum fugit; sic oderunt Dominum impii, sic diligunt iusti, hoc est gratis, ut alia praeter illum non exspectent bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia.

**1.** Dixerat Dominus: *Qui me odit, et Patrem meum odit.* Utique enim qui odit veritatem, necesse est oderit et a quo veritas nata est: unde iam quantum datum est, locuti sumus. Deinde addidit unde nobis nunc loquendum est:

*Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Peccatum illud scilicet magnum, de quo et superius ait: *Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent.* Hoc est peccatum **quo** in eum loquentem et operantem non crediderunt.

Neque enim nullum habebant peccatum, antequam loqueretur eis et operaretur in eis; sed

hoc peccatum quo in eum non crediderunt, ideo sic commemoratur, quia ipso peccato tenentur et caetera. Hoc enim si non haberent, et in eum crederent, dimitterentur et caetera.

**2.** Sed quid est hoc quod cum dixisset: *Si opera non fecissem in eis,* mox addidit, *quae nemo alius fecit?* Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora quam suscitatio mortuorum; quod scimus etiam antiquos fecisse Prophetas. Fecit enim Elias, fecit Eliseus et cum in hac carne viveret, et cum in suo monumento sepultus iaceret.

Nam quidam portantes mortuum, cum irruentibus hostibus eo refugissent, eumque ibi posuissent, continuo resurrexit.

Fecit tamen aliqua Christus, quae nemo alius fecit: quod quinque millia hominum de quinque, et quatuor millia de septem panibus pavit;

quod super aquas ambulavit, et Petro ut hoc faceret praestitit; quod aquam mutavit in vinum; quod aperuit oculos caeci nati, et alia multa

quae commemorare longum est. Sed respondetur nobis, et alios fecisse quae ipse non fecit, et quae nemo alius fecit. Quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisque percussit, diviso mari populum duxit,

manna de coelo esurientibus impetravit, aquam de Petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus Nave

populo **transituro** Jordanis fluenta divisit, et currentem solem emissa ad Deum oratione frenavit et fixit? Quis praeter Samson propter suam sitim maxilla

mortui asini exundante satiatus est? Quis praeter Eliam curru igneo in alta subvectus est?

Quis praeter Eliseum, quod paulo ante commemoravi, sepulto suo cadavere, cadaver alterius reddidit vitae? Quis praeter Danielelem inter ora inclusorum secum leonum esurientium vixit innocuus?

Quis praeter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaelem, in flammis ardentibus et non urentibus deambulavit illaesus?

**Fecit in eis, non inter eos vel coram eis.**

**3.** Praetereo caetera, quoniam haec satis esse arbitror, quibus demonstraretur et **aliquos** sanctos quaedam opera miranda fecisse, quae nemo alius fecit. Sed qui tam multa vitia et malas valetudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum. Ut enim taceantur quos iubendo, sicut occurrerant, salvos singulos fecit; Marcus evangelista quodam loco ait: *Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, et daemonia habentes; et erat omnis civitas congregata; et curavit multos qui vexabantur variis languoribus, et daemonia multa eiciebat.* Id autem cum commemorasset Matthaeus, etiam testimonium propheticum addidit dicens: *Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, et aegritudines portavit.*

<sup>87</sup> Gv 15, 24.

<sup>88</sup> Gv 15, 22.

<sup>91</sup> Naturalmente ci sono anche gli altri racconti delle moltiplicazioni, ma qui mi limito ad individuare quelli citati da Beda.

<sup>92</sup> cfr Mt 14, 25-29.

<sup>93</sup> cfr Gs 3, 7-17.

<sup>94</sup> Siccome NCEI traduce: “Allora Dio spaccò la roccia concava che è a Lechì e ne scaturì acqua. Sansone bevve, il suo spirito si rianimò ed egli riprese vita. Perciò quella fonte fu chiamata En Kore: essa esiste a Lechì ancora oggi.”, è bene riportare il versetto secondo Vulg. per comprendere quanto afferma Beda: “Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, et egressae sunt ex eo aquae. Quibus haustis, refocillavit spiritum, et vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons invocantis de maxilla, ufque in praesentem diem.”

(*Matth.* VIII; *Isa.* LIII)<sup>89</sup>. Item alio loco dicit Marcus: *Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut in civitates, in plateis ponebant infirmos, et deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent; et quotquot tangebant eum, salvi fiebant* (*Marc.* VI). Haec nemo alius fecit in eis. Sic enim est intelligendum, quod ait *in eis*, non inter eos, vel coram eis, sed prorsus *in eis*, quia sanavit eos. Haec quippe intellegi voluit, quae non solum facerent admirationem, verum etiam manifestam conferrent salutem: pro quibus beneficiis utique amorem, non odium retribuere debuerunt. Omnia quidem caeterorum miracula superat, quod est natus ex virgine, matrisque integritatem solus potuit nec conceptus violare, nec natus. Sed hoc nec coram eis factum est, nec in eis. Ad cognoscendam quippe hujus miraculi veritatem, non communi cum eis aspectu, sed discreto ab eis discipulatu apostoli pervenerunt. Jam vero illud, quod die tertio in carne, in qua occisus fuerat, de sepulcro se reddidit vivum, et nunquam deinde moriturus, cum illa ascendit in coelum, super etiam cuncta quae fecit. Sed neque hoc factum est in Iudaeis, neque coram eis: et nondum hoc fecerat, quando dicebat: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit*. Nimirum ergo illa sunt, quae in eorum valetudinibus tanta miracula salutis ostendit, quanta illis antea nemo donavit; haec enim viderunt, et hoc eis exprobrans **adjunxit**, et dicit:

*Nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum, sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.* Eorum legem dicit, non ab ipsis inventam, sed ipsis datam, sicut dicimus: *Panem nostrum quotidianum* (*Matth.* VI), quem tamen a Deo petimus, addendo, *da nobis*. Gratis autem odit, qui nullum ex odio commodum quaerit, vel incommodum fugit. Sic oderunt Deum impii, sic diligunt justi, hoc est, gratis, ut alia **propter** illum non expectent bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia (*Coloss.* III)<sup>90</sup>. Quisquis vero altius attenderit Christum dicentem: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit*,

inveniet ipsum fecisse, si quispiam Dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe ipse cuncta per seipsum; nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus namque cum Patre et Spiritu sancto, non tres dii, sed unus Deus; de quo scriptum est: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus* (*Psal.* LXXI). Nemo ergo alius fecit, quaecunque in eis opera fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit; haec autem ipse non illis facientibus fecit.

17; Is 53, 4). Parimenti Marco in altro passo dice: *E là dove giungeva, in villaggi o città o campagne, deponevano i malati nelle piazze e lo supplicavano di poter toccare almeno il lembo del suo mantello; e quanti lo toccavano venivano salvati* (Mc 6, 56). Nessun altro fece ciò in mezzo a loro. Così infatti bisogna intendere che disse: *in loro*, non in mezzo a loro, o al loro cospetto, ma proprio *in loro*, perché ha guarito loro. Egli ha senza dubbio voluto che si capisse che tutto ciò non era solo per suscitare ammirazione, ma per procurare altresì una evidente salute: benefici per i quali avrebbero dovuto ricambiare non con odio, ma con amore. Certo quello che supera tutti i miracoli degli altri è l'essere nato da una vergine, e che, solo, sia nel concepimento che nella nascita, abbia potuto non violare l'integrità della madre. Ma questo non fu fatto né al loro cospetto, né in loro. Certo a conoscere la verità di questo miracolo gli apostoli pervennero non per una visione comune con quelli, ma nel discepolato, separato da loro. Invero poi il fatto che il terzo giorno nella carne, in cui era stato ucciso, uscì vivo dal sepolcro per non morire ormai più, e con essa ascese al cielo, supera anche tutto ciò che fece. Ma neppure questo lo fece nei Giudei, né al loro cospetto; e non l'aveva ancora compiuto quando diceva: *Se non avessi compiuto in [...] loro opere che nessun altro ha mai compiuto*.

Di certo dunque sono quelli che mostra nelle loro guarigioni delle infermità da lui compiuti i tanti miracoli, quanti nessuno prima aveva donato loro; questi infatti videro, e ciò **aggiunse** rimproverando, e dice:

*ora invece hanno visto e hanno odiato me e il Padre mio. Ma questo, perché si compisse la parola che sta scritta nella loro Legge: Mi hanno odiato gratuitamente.*<sup>95</sup>. Dice “loro legge”, non quella escogitata da loro, ma data loro, così come diciamo *il nostro pane quotidiano* (Mt 6, 11), quello che tuttavia chiediamo a Dio aggiungendo: *dacci*. Odià gratuitamente, chi non si ripromette dall'odio alcun vantaggio, né di evitare qualche danno. È così che gli empi odiarono Dio, così i giusti amano, cioè gratuitamente: senza aspettarsi altro bene **oltre** lui, poiché lui sarà tutto in tutti (cfr Col 3, 11). Chi poi vuol comprendere più a fondo Cristo che dice: *Se non avessi compiuto in [...] loro opere che nessun altro ha mai compiuto*,

troverà che fui lui ad agire, se qualche uomo di Dio ne fece di simili. Lui certo può tutto da se stesso; nessuno invece può alcunché senza di lui. Cristo, infatti, con il Padre e lo Spirito Santo, non tre dèi ma un solo Dio; del quale è scritto: *Benedetto il Signore, Dio d'Israele: che solo compie meraviglie* (Sal 71, 18)<sup>96</sup>. Nessun altro dunque fece, qualunque cosa abbia fatto in loro, perché qualsiasi altro uomo abbia fatto qualcosa di quelle, lo ha fatto Lui operante; queste, invece, lui le ha fatte senza che nessuno di quelli operasse.

Item alio loco dicit Marcus: *Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut in civitates, in plateis ponebant infirmos, et deprecabantur eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent; et quotquot tangebant eum, salvi fiebant*.

Haec nemo alius fecit in eis. Sic enim intellegendum est quod ait, *in eis*, non inter eos vel coram eis; sed prorsus *in eis*, quia sanavit eos. Haec quippe intellegi voluit quae non solum facerent admirationem, verum etiam manifestam conferrent salutem; pro quibus beneficiis utique amorem, non odium retribuere debuerunt. Omnia quidem caeterorum miracula superat, quod est natus ex virgine, matrisque integritatem solus potuit nec conceptus violare nec natus: sed hoc nec coram eis factum est, nec in eis. Ad cognoscendam quippe huius miraculi veritatem, non communi cum eis aspectu, sed discreto ab eis discipulatu Apostoli pervenerunt. Iam vero illud quod die tertia in carne in qua occisus fuerat,

de sepulcro se reddidit vivum, et nunquam deinde moriturus cum illa ascendit in coelum, superat etiam cuncta quae fecit: sed neque hoc factum est in Iudaeis, neque coram eis; et nondum hoc fecerat, quando dicebat: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit*.

4. Nimirum ergo sunt illa quae in eorum valetudinibus tanta miracula salutis ostendit, quanta in illis antea nemo donavit: haec enim viderunt, et hoc eis exprobrans **adiungit**, et dicit:

*Nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: sed ut adimpleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.*

Eorum Legem dicit, non ab ipsis inventam, sed ipsis datam: sicut dicimus: *Panem nostrum quotidianum*; quem tamen a Deo petimus, addendo, *da nobis*. Gratis autem odit, qui nullum ex odio commodum quaerit, vel incommodum fugit: sic oderunt Dominum impii; sic diligunt iusti, hoc est gratis, ut alia **praeter** illum non expectent bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Quisquis vero altius attenderit Christum dicentem: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit*

(sed haec et si Pater aut Spiritus sanctus fecit, nemo alius fecit, quia totius Trinitatis una substantia est),

inveniet ipsum fecisse, si **quando** quispiam Dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per seipsum; nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus namque cum Patre et Spiritu sancto, non **sunt** tres dii, sed unus Deus, de quo scriptum est: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus*. Nemo ergo alius fecit quaecunque opera in eis fecit; quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit. Haec autem ipse, non illis facientibus, fecit.

## TRACTATUS XCII

*Cum autem venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit* (Io 15, 24-27).

Spiritus Sanctus testimonium perhibens et testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, et inimicorum odium convertit in amorem.

1. Dominus Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post coenam, proximus passioni, tamquam iturus et relicturus eos praesentia corporali, cum omnibus autem suis usque in consummationem saeculi futurus praesentia spiritali, exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupavit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, ut scirent se Dei gratia esse quod sunt, suis autem vitiis fuisse quod fuerunt. Deinde persecutores et suos et ipsorum Iudaeos evidenter expressit, ut omnino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos, qui persequitur sanctos. Cumque de illis diceret quod ignorarent eum a quo missus est, et tamen odissent et Filium et Patrem, hoc est, et eum qui missus est, et eum a quo missus est, de quibus omnibus in aliis sermonibus iam disseruimus; ad hoc pervenit ubi ait: *Ut adimpleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis*. Deinde tamquam consequenter adiunxit, unde modo disputare suscepimus:

<sup>89</sup> Is 53, 4 Vulg.: “Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit;”; Sabatier in nota: “Consonat Gr. ad verbum. Iren. l. 4. c. 33. p. 273. c. legit: *Ipse infirmitates nostras accipiet, & languores portabit*. [...] Ambros [...] de fide, to. 2. 480. d. item l. 3. 498. b. habet: *Quoniam infirmitates nostras suscepit, & aegritudines nostras portavit*.”

<sup>90</sup> Col 3, 11: “sed omnia, et in omnibus Christus.”

<sup>95</sup> Gv 15, 24-25. NCEI traduce “... Mi hanno odiato senza ragione.”, ma lo svolgersi del commento esige che si traduca “gratuitamente”.

<sup>96</sup> NCEI traduce: “Benedetto il Signore, Dio d'Israele: egli solo compie meraviglie”; anche questa interpretazione è funzionale al discorso, ma potrebbe esserlo pure; “che da solo compie meraviglie”: perciò ho adottato una soluzione che permetta entrambe.

*Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Quid hoc pertinet ad illud, quod dixerat: Nunc autem et oderunt et me, et Patrem meum; sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est<sup>97</sup>: Quia odio habuerunt me gratis (Hic, supra)?*

An quia Paraclitus quando venit, Spiritus veritatis, eos qui viderunt et oderunt, testimonio manifestiore convicit, imo vero etiam aliquos ex illis qui viderant, et adhuc oderant, ad fidem, quae per dilectionem operatur, sui manifestatione convertit? Hoc ut intelligamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus apostoli omnes erant; qui illo adimpleti, cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui aderant tanto miraculo stupefacti (quandoquidem viderunt loquente Petro tam magnum atque divinum testimonium perhiberi de Christo, ut ille, qui occisus ab eis, inter mortuos deputabatur, resurrexisse et vivere probaretur), compuncti corde, conversi sunt, et tanti sanguinis tam impie atque immaniter fusi indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quem fuderunt (*Act. I*)<sup>98</sup>. Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit delere, quo fusus est. Haec ergo intuens Dominus dicebat:

*Odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Spiritus Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me,*<sup>99</sup> tanquam diceret: *Odio me habuerunt, et occiderunt videntes: sed tale de me testimonium Paraclitus perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.*

*Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.*<sup>100</sup> Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis et vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostis: quod ut modo non faciatis, illius Spiritus plenitudo nondum adest vobis. *Ille ergo testimonium perhibebit de me, ut vos perhibeat.* Dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi, charitas diffusa in cordibus vestris, per Spiritum sanctum, qui dabitur vobis (*Rom. V*)<sup>101</sup>. Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus, non potuit verum testimonium perhibere, sed contra suam pollicitationem timore magno compulsus est ter negare (*Joan. XVIII*). Timor autem iste non est in charitate, sed *perfecta charitas foras mittit timorem.*

*Quando verrà il Paràclito, che io vi manderò dal Padre, lo Spirito della verità che procede dal Padre, egli darà testimonianza di me; e anche voi date testimonianza, perché siete con me fin dal principio*<sup>102</sup>. Cosa c'entra questo con quello che aveva detto: ora invece [...] hanno odiato me e il Padre mio. Ma questo, perché si compisse la parola che sta scritta nella loro Legge: Mi hanno odiato senza ragione (Gv 15, 24-25)? Forse perché il Paraclito, lo Spirito di verità, quando venne, convinse con una testimonianza più esplicita coloro che avevano visto e odiato, anzi, con la sua manifestazione, ha forse convertito alla *fede che si rende operosa per mezzo della carità*<sup>103</sup>, anche taluni che avevano visto e ancora odiavano? Per comprendere ciò, rievochiamo che è stato fatto così. Infatti nel giorno di Pentecoste lo Spirito Santo scese su centoventi persone riunite, tra cui erano tutti gli apostoli; poiché essi, ricolmi di Lui, parlavano le lingue di tutte le genti, molti di coloro che erano presenti, stupefatti da un tale miracolo<sup>104</sup> (dal momento che, in Pietro che parlava, videro una testimonianza tanto grande e divina resa a Cristo, cioè che colui che essi avevano ucciso e reputavano tra i morti era invece risorto ed era vivo), *trafitti nel cuore*<sup>105</sup>, si convertirono e ottennero il perdono d'aver versato quel sangue così importante con tanta empietà e crudeltà, redenti proprio da quel sangue che avevano versato (cf. At 2). Infatti il sangue di Cristo, è versato per la remissione di tutti i peccati, così da poter cancellare anche il peccato a causa del quale è stato versato. E appunto guardando a ciò il Signore diceva: *Mi hanno odiato senza ragione. Quando verrà [lo Spirito] Paràclito, [...], egli darà testimonianza di me, come dire: Vedendomi, mi hanno odiato e ucciso; ma il Paraclito mi renderà una tale testimonianza che li farà credere in me senza vedermi.*

*E anche voi date testimonianza, perché siete con me fin dal principio.* Renderà testimonianza lo Spirito Santo, e renderete testimonianza anche voi. Siccome siete con me fin dall'inizio, potete predicare quanto sapete: perché adesso non lo facciate, [è perché] non è ancora in voi la pienezza di quello Spirito. *Egli, dunque, darà testimonianza di me; affinché voi rendiate testimonianza.* Vi darà infatti il coraggio di rendere testimonianza la carità di Dio riversata nei vostri cuori per mezzo dello Spirito santo che vi sarà dato (cfr Rm 5, 5). Questa certo ancora mancò a Pietro, quando, spaventato dalla domanda della serva, non fu capace di rendere vera testimonianza; ma, contro la sua promessa, per il gran timore fu indotto a rinnegare tre volte (cfr. Gv, 18, 15-27)<sup>106</sup>. Ora, *nell'amore non c'è questo timore, al contrario l'amore perfetto scaccia il timore*<sup>107</sup>.

*Cum autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me; et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat.*

*Nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: sed ut impleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis?*

An quia Paraclitus quando venit, Spiritus veritatis, eos qui viderunt et oderunt, testimonio manifestiore convicit? Imo vero etiam aliquos ex illis qui viderunt, et adhuc oderant, ad fidem quae per dilectionem operatur, sui manifestatione convertit. Hoc ut ita intellegamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus et Apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti (quandoquidem viderunt loquente Petro tam magnum atque divinum testimonium perhiberi de Christo, ut ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisse et vivere probaretur), compuncti corde conversi sunt; et tanti sanguinis tam impie atque immaniter fusi indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quem fuderunt. Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum posset delere quo fusus est.

Hoc ergo intuens Dominus dicebat:

*Odio habuerunt me gratis: cum autem venerit Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me: tamquam diceret: Odio me habuerunt, et occiderunt videntes; sed tale de me Paraclitus testimonium perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.*

**Spiritus roboravit et dilatavit amorem adhuc infirmum et angustum.**

*2. Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis et vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostis: quod ut modo non faciatis,

illius Spiritus plenitudo nondum adest vobis. *Ille ergo testimonium perhibebit de me, et vos perhibebitis:* dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi caritas Dei diffusa in cordibus vestris per Spiritum sanctum qui dabitur vobis.

Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus, non potuit verum testimonium perhibere;

sed contra suam pollicitationem timore magno compulsus est ter negare.

*Timor autem iste non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem.*

Denique ante passionem Domini, servilis timor eius interrogatus est a femina servitutis; post resurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipso Principe libertatis: et ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur; ibi quem dilexerat negabat, hic quem negaverat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat et angustus, donec eum roboraret et dilataret Spiritus sanctus. Qui posteaquam illi est abundantia gratiae largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quae veritatem suppresserant, ora reseravit, ut cum omnes in quos venerat Spiritus sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudaeorum circumstantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum prae caeteris promptius emicaret, eiusque interfectores de illius resurrectione confunderet. Si quem delectat tam suaviter sanctum tale spectaculum intueri, Actus Apostolorum legat: ibi beatum Petrum quem negantem doluerat, stupeat praedicantem; ibi linguam illam videat ad fiduciam a diffidentia, et ad libertatem a servitute translata, tot linguas inimicorum convertere ad Christi confessionem, quarum non valendo unam ferre, versa fuerat in negationem. Quid plura? Tantus in illo

<sup>97</sup> Gv 15, 24-25 Vulg.: “nunc autem et viderunt, et oderunt et me, et Patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est.”; VL: “nunc autem viderunt, et oderunt et me, et Patrem meum. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est.”

<sup>98</sup> Mi sfugge il motivo di questo riferimento. Forse vuole ricomprendere tutta la trattazione del giorno di Pentecoste che, tuttavia, è al cap. 2.

<sup>99</sup> Gv 15, 25-26 Vulg.: “odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me;”

<sup>100</sup> Gv 15, 27.

<sup>101</sup> Rm 5, 5 Vulg.: “quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.”

<sup>102</sup> Gv 15, 26-27.

<sup>103</sup> Gal 5, 6 Vulg.: “fides, quae per caritatem operatur.”; Sabatier in nota: “August. in Gal. 5. 6. to. 3. p. 2. col. 967. d. e. [...] *sed fides, qua per dilectionem operatur*: ita rursus ep. 189. to. 2. col. 698. a. & tract. 29. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 515. e. ab his, *neque circumcisio*. Agapet. I. ep. 4. Concil. to. 4. col. 1793. b. & Leo M. ser. 44. p. 110. f. [...] *sed fides, quae per dilectionem operatur*.”. Nella nota previa al Commento al Cantico dei Cantici mi sono diffuso sul come tradurre “amor”, “caritas”, “desiderium” e “dilectio”; di quest’ultimo ritengo di dover sottolineare il valore di “amore che sceglie / opta a favore dell’amato”. Nel testo mantengo la traduzione NCEI perché mi sembra non dirimente nel contesto del discorso l’uso di “carità”.

<sup>104</sup> Cfr AT 2, 1-7. Con riferimento ai centoventi radunati cfr At 1, 15.

<sup>105</sup> At 2, 37.

<sup>106</sup> Beda cita il racconto giovanneo del rinnegamento di Pietro, ma è assai probabile che il testo di riferimento fosse Mt 26, 69-75; due indizi: Gv parla di “ancilla ostiaria” mentre Mt di due diverse “ancilla”, inoltre Gv non parla di “ter” mentre lo fa Mt.

<sup>107</sup> In realtà non solo il passo in corsivo è citazione di 1Gv 4, 18, ma tutto il periodo.

*Ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis (I Joan. IV)<sup>108</sup>.* Itaque quia ille perhibebit, etiam vos perhibebitis. Ille in cordibus vestris, vos in vocibus vestris; ille in spirando, vos sonando, ut possit impleri: *In omnem terram exivit sonus eorum (Psal. XVIII)*. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi impleret Spiritu suo. Denique apostolus Petrus, cum iam verba ejus audisset, ubi dixerat: *Non est servus major domino suo; si me persecuti sunt, et vos persequentur (Hic, supra)*; et hoc in illo iam videret impleri, in quo patientiam Domini sui, si exemplum sufficeret, debuit imitari, succubuit, et negavit, non utique ferens, quod illum ferre cernebat. Cum vero accepit donum Spiritus sancti, quem negaverat, praedicavit, et quem confiteri timuerat, non timuit profiteri. Prius enim exemplo fuerat edoctus, ut quod convenerat nosset. Sed nondum fuerat virtute fultus, ut quod noverat faceret. Instructus erat ut staret, sed non erat firmatus, ne caderet. Quod posteaquam per Spiritum sanctum factum est, annuntiavit usque ad mortem.

Ideo subinfert Dominus:

*egli darà testimonianza di me; e anche voi date testimonianza (Gv 15, 26-27)*. Dunque poiché egli renderà testimonianza, anche voi renderete testimonianza. Egli nei vostri cuori, voi con le vostre voci; egli con lo spirare, voi facendovi sentire, in modo che si possa adempiere: *per tutta la terra si diffonde la loro voce (Sal 18, 5)<sup>109</sup>*. Sarebbe stato poco esortarli con il suo esempio, se non li avesse riempiti del suo Spirito. Senza dubbio l'apostolo Pietro, avendo già udito le parole di Lui, quando aveva detto: *“Un servo non è più grande del suo padrone”. Se hanno perseguitato me, perseguiteranno anche voi (Gv 15, 20)*, e vedendo che questo cominciava già a realizzarsi in colui, del quale, se fosse bastato l'esempio, avrebbe dovuto imitare la pazienza<sup>110</sup> del suo Signore: invece venne meno, e rinnegò, non ancora sopportando quanto vedeva che egli sopportava. Quando però ebbe ricevuto il dono dello Spirito Santo, predicò colui che aveva rinnegato, e non esitò a professare colui che aveva avuto il timore di confessare. Prima infatti era stato edotto dall'esempio, affinché conoscesse ciò che sarebbe stato opportuno. Ma non era ancora sostenuto dalla forza così da fare ciò che sapeva. Era istruito per stare in piedi, ma non era stato rafforzato, così da non cadere. Ma dopo che ciò fu operato dallo Spirito Santo, fu reso più forte, annunziò fino alla morte.

Pertanto il Signore soggiunge:

fulgor gratiae, tanta Spiritus sancti plenitudo apparebat, tanta de ore praedicantis pretiosissimae veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis adversarios interfectores Christi Iudaeos faceret pro illo paratos mori, a quibus cum illo formidabat occidi. Hoc fecit Spiritus sanctus tunc missus, ante promissus. Ista Dominus magna atque miranda sua beneficia praevidebat, quando dicebat: *Et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: ut adimpleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me; et vos testimonium perhibebitis*. Ille quippe testimonium perhibens et testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, et inimicorum odium convertit in amorem.

### TRACTATUS XCIII

*Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis (Io 16, 1-4)*.

Utique quia ille perhibebit, etiam vos perhibebitis: ille in cordibus vestris, vos in vocibus vestris; ille inspirando, vos sonando, ut possit impleri: *In omnem terram exivit sonus eorum*. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo, nisi impleret Spiritu suo.

**1.** In his quae praecedunt hoc Evangelii capitulum, Dominus discipulos suos ad inimicorum odia perferenda confirmans, suo quoque praeparavit exemplo, ut eum imitando fierent fortiores: addens et promittens eis quod venturus esset Spiritus sanctus, qui de illo testimonium perhiberet, et adiciens quod et ipsi fierent testes eius, hoc utique in eis operante Spiritu sancto. Sic enim ait:

*Ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis*. Utique quia ille perhibebit, etiam vos perhibebitis: ille in cordibus vestris,

vos in vocibus vestris; ille inspirando, vos sonando: ut possit impleri:

*In omnem terram exivit sonus eorum*. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi impleret Spiritu suo. Denique apostolus Petrus cum iam verba eius audisset, ubi dixerat:

*Non est servus maior domino suo: si me persecuti sunt, et vos persequentur;*

et hoc in illo iam videret impleri, in quo patientiam Domini sui,

si exemplum sufficeret, debuit imitari:

succubuit et negavit, non utique ferens quod illum ferre cernebat.

Cum vere accepit donum Spiritus sancti, quem negaverat praedicavit;

et quem confiteri timuerat, non timuit profiteri.

Prius enim exemplo quidem fuerat edoctus, ut quod fieri convenerat nosset;

sed nondum fuerat virtute fultus, ut quod noverat faceret:

instructus erat ut staret, sed non erat firmatus ne caderet.

Quod posteaquam per Spiritum sanctum factum est, annuntiavit usque ad mortem,

quem negaverat timens mortem.

Ideo Dominus in hoc consequenti capitulo,

de quo nunc vobis loquendum est:

**SEQUITUR**

<sup>108</sup> In realtà è Gv 15, 26-27

<sup>109</sup> NCEI traduce: “per tutta la terra si diffonde il loro annuncio”; ritengo opportuno mantenere il riferimento alla fonazione a fronte della spirazione divina.

<sup>110</sup> Qui avrei dovuto tradurre più o meno “la capacità di accettare i patimenti”, ma ho optato per mantenere inalterato il termine erede del latino perché mi sembra elemento non secondario di tale capacità.